GRAMMATICA HEBRAICA

ITEM

CHALDAICA.

GRAMMATICA HEBRAICA

AUCTORE

EDWARDO SLAUGHTER S. I.

ITEM

CHALDAICA

AUCTORE

IOH. DAV. MICHAELIS.

Editio novissima

DILIGENTER EMENDATA, ET VARIIS ACCESSIONIBUS LOCUPLETATA

A VINCENTIO F. CASTELLINI

LINGUAE ARABICAE IN ROMANO ARCHIGYMNASIO PROFESSORE.

ROMAE

TYPIS S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE

MDCCCLI.

CAPUT I.

DE RATIONE LEGENDI.

Ratio legendi apud hebraeos literis, punctis, et accentibus constat. *Literae* sunt viginti duae, omnes consonantes: nam vocalium munere funguntur *puncta*. Earum figuram, nomen, et potestatem subjecta tabella indicabit.

Figura.	*Nomen.*	*Potestas.*
א	*Aleph*	(᾿) *Spiritus lenis graec.*
ב	*Beth*	*b*, *vel v Consonans.*
ג	*Ghimel*	*g*, *vel gh*
ד	*Daleth*	*d*, *vel dh*
ה	*He*	*h*
ו	*Vau*	*v Consonans*
ז	*Zain*	*z*
ח	*Hheth*	*hh*
ט	*Teth*	*t*
י	*Jod*	*j Consonans*
כך	*Chaph*	*ch vel c*
ל	*Lamed*	*l*
מם	*Mem*	*m*

Figura.	*Nomen.*	*Potestas.*
נ ן	*Nun*	*n*
ס	*Samech*	*s*
ע	*Aajin*	*Aspiratio densissima*
פ ף	*Pe*	*p*, *vel ph*
צ ץ	*Tzade*	*tz*
ק	*Koph*	*k*
ר	*Resch*	*r*
שׂ שׁ	*Scin*, *Sin*	*sch*, *vel s*
ת	*Tau*	*t*, *vel th*

Nota 1. Ex literis, *gutturales* dicuntur אֲהַחָע, *labiales* בּוּמַף, *quiescentes* יֶהֱוּא : et undecim sunt *serviles* comprehensae his nominibus מֹשֶׁה אֵיתָן וְכָלֵב.

Nota 2. Quinque literae comprehensae voce sequenti אֲהַלְמַת in fine dictionum, ad versum explendum, fieri possunt longiores, ut in Bibliis passim videre licet.

Puncta vocalia

Puncta vocalia sunt quatuordecim.

	Nomen.	*Fig.*	*Potest.*
Quinque	*Kamètz*	ָ	*a*
longa	*Tzerè*	ֵ	*e*
	Chirek-gadòl	ִי	*i*
	Vau cholem	וֹ	*o*
	Schurek	וּ	*u*

	Nomen.	Fig.	Potest.
Quinque brevia.	*Pathach*	◌ַ	*a*
	Saegòl	◌ֶ	*e*
	Chirek-katòn	◌ִ	*i*
	Kamètz-chatùph	◌ָ	*o*
	Kibbùtz	◌ֻ	*u*
Quatuor brevissima	*Schevà simplex*	◌ְ	*e*
	Chatèph-pathach	◌ֲ	*a*
	Chatèph-saegòl	◌ֱ	*e*
	Chatèph-kamètz	◌ֳ	*o*

Accentus.

Accentuum alii sunt *grammatici* sive Tonici, alii *rhetorici* sive Euphonici. Quaelibet vox (nisi alteri jungatur per makkàph) habet accentum grammaticum, qui dat tonum syllabae, cui apponitur. Si ergo vox habeat unicum accentum, ille est grammaticus: si duos, posterior est grammaticus; alter rhetoricus ornans. Praecipui ex grammaticis sunt quatuor, qui dicuntur *distinguentes* sive *pausantes*, sive *Reges majores*; quos vide in tabula subjecta applicatos ad nomen אָב.

Fig. et sit.	Nomen	Valor
אָֽב׃	*Sillùk* vel *Soph-pasùk*	*Punctum.*
אָ֑ב	*Athnàch*	*Duo puncta:*
אָ֔ב	*Sakèph-katòn*	*Punct. et virgula*;
אָ֗ב	*Rebhiah*	*Virgula*,

Ex rhetoricis, unus est praecipue in usu, i. e. *Maethaeg*, inter schevà et kamètz, ut in voce לְֽמָדָה. Dicitur Maethaeg, id est *fraenum*, quia linguam fraenat, ut postea explicabitur.

Qnoad sedem, accentus grammaticus semper est in ultima, vel in penultima syllaba: plerumque in nltima. Dictio, quae accentum habet in ultima, vocatnr *milrah*; quae in pennltima, vocatur *milhel*. Ceterum quaenam dictio sit *milrah*, quae *milhel*, usus melius docebit. Makkaph est virgula transversa, que dictioues accentu tonico privatas simul connectit, ut כָּל-גּוֹי *omnis gens.*

His praecognitis, ut ratio legeudi coustet, omnia necessaria paragraphis paucis comprehendam.

I. *De punctis vocalibus ad literas applicandis.*

Haec tria pnncta (ֻ) (ֹ) (ִ) literis adjnnguntur ad latus, sic: לִ לֹ לֻ. Et (quia in lingua hebraica, sicut et in ceteris orientalibus, lectio iuchoatur a dextera, et pergit ad sinistram) legendum est, *li*, *lo*, *lu*. Porro (ֹ) saepe scribitur siue (ו) expresso, sic: (˙); unde contingit aliquando, ut coincidat cum puncto literae שׁ.

Reliqua puncta vocalia scribnutur sub literis, sed post illas pronunciautur. Sic רָם legeudum est *Ram*, non *Arm*.

Excipe *pathach suffuratum*, seu pathach uecessitatis, sub literis ח, ע, et הּ (cum puncto illo, quod dicitur *mappik*, seu exteusor *he*) iu fine vocum. Quaudo enim illae literae sunt in fiue vocum, et nou praecedit immediate kamètz, aut pathach; ut recte pronuncietur, ponitur sub illis pathach, quod praeter leges communes, et quasi furtim ingreditur inter illas literas, et punctum praecedeus. Sic מָשִׁיחַ legitur *masciahh*, non *mascihha*.

II. *De literis quiescentibus* יְהוּא.

Initio dictionis, nulla illarum quiescit. Literam autem *quiescere*, *silere*, aut *mutam esse*, apud grammaticos idem est ac non *legi*: et *moveri*, idem est ac *legi*.

In medio, nulla quiescit, nisi puncto vocali careat.

In fine א semper quiescit. Similiter ה, nisi puncto mappik notetur. Sic (י) post (ֵ), ut אֵי *ubi*, lege *e*, non *ei*. Cum ceteris autem vocalibus coalescit in diphthongum, ut חַי *hhai*, *vivus*.

Dicitur etiam (י) quiescere, quando constituit chirek gadòl. Et (ו), quando constituit (וֹ) aut (וּ): alias (ו) nunquam quiescit in fine.

III. De schevà quiescente.

Schevà aliquando movetur, aliquando quiescit: ut ergo schevà mobile a quiescente distinguas, haec sit regula:

Schevà silet post grammaticum accentum, aut breve punctum.

Nota tamen 1. Schevà veniens post aliud schevà (sive expressum, sive intellectum) non quiescit; quia sic non venit post *breve punctum*, sed post *brevissimum*. Si autem duplex schevà veniat post accentum grammaticum, utrumque quiescit.

Nota 2. Schevà semper movetur, sub litera degheshata, ut לִמְּדוּ lege *limmedù*, non *limdù*. Similiter sub priore ex literis geminatis juxta positis, ut הַלְלוּ lege *halelù*, non *hallù*:

IV. De schevà subintellecto.

Schevà *mutum* inscribitur omni chaph finali, sic ךְ; nisi inscribatur kamètz, sic ךָ. Sub aliis literis in fine vocum, aliquando exprimitur schevà *mutum*. Quando autem non exprimitur, subintelligitur sub omni litera mobili, quae dictionem claudit.

V. De daghèsh.

Punctum in medio literae impressum vocatur *daghèsh*. Excipe tamen punctum in medio literae הּ, quod non est

daghèsh, sed mappik; et punctum in medio literae ו quando cum illa constituit schurek.

Daghèsh autem duplex est: *lene*, et *forte*.

Daghèsh lene inscribitur solis literis בְּגַד כְּפַת; illisque raro inscribitur, nisi sint *in principio sententiae*, vel veniant immediate post schevà *mutum*, sive ejusdem, sive diversae dictionis. Dicitur *lene*, quia mere tollit aspirationem; nam, sine daghèsh, literae illae sonant *Bh* seu *V*, *Gh*, *Dh*, *Ch*, *Ph*, *Th*. Cum daghèsh autem sonant *B*, *G*, *D*, *C*, *P*, *T*.

Daghèsh forte invenitnr in omnibns literis, exceptis *gutturalibus*, et ר. Dicitur *forte*, quia non mere tollit aspirationem a literis illis aspiratis; sed etiam illas et quascumque alias, in quibus infigitnr, ingeminat.

VI. *De Kamètz-chatùph distinguendo a Kamètz.*

Kamètz-chatùph, figura, non differt a kamètz: ut ergo aliunde distinguatur, haec sit regula:

Nisi accentus mediet, *Kamètz* (o) *ante schevà sit.*

Quadruplex est casus, et qnatuor exemplis proponam.

חָכְמָה	וַיָּקָם	כָּל־גּוֹי	כָּלְּוּ
1. *Hhochmà.*	2. *Vaijàkom.*	3. *Col-goi.*	4. *Collù.*

In 1. exemplo (ְ) venit ante schevà expressum. In 2. et 3. venit ante schevà *mutum*, quod (juxta dicta IV.) intelligitur snb ם et ל. In 4. exemplo, sub litera ל geminata per daghèsh intelligitur etiam schevà *mutum*; perinde enim est, ac si scriberetur כָּלְלוּ. Nullus autem accentus in dictis exemplis mediat inter kamètz, et schevà.

Vide nunc quatuor exempla apposita.

חָכְמָה	דְּבָרִם	שָׂא־נָא	לָמָּה
1. *Hhachemà.*	2. *Devaràm.*	3. *Sa-nà.*	4. *Lamma.*

In 1. exemplo venit quidem (׳) ante schevà expressum; sed mediat accentus *maethaeg*. In 2. et 4. venit (׳) ante schevà subintellectum, sed mediat accentus grammaticus. In 3. exemplo non venit ante schevà sive expressum sive subintellectum.

Nota insuper quod (׳) ante (׳׳) sit *o*, licet mediet accentus, sicut saepe mediat inter punctum compositum, et *breve* affine.

APPENDIX

De accentibus, et kerì kethiv.

Magnam grammaticorum accentuum turmam omisimus, quia tyronum captum transcendit: id tantum scire sufficiet, syllabam, quae habet accentum, tono afficiendam. Tenenda est ergo regula superius tradita pro sede accentus grammatici, et observanda sunt paradigmata grammaticalia nominum, et verborum: in istis enim, ad singulas voces, loco accentus grammatici, simplicem lineolam (instar sillùk, et maethaeg, a quibus tamen differt usu) apposuimus, quae syllabam indicet tono afficiendam.

Restat nunc unum advertendum, id est, saepe inveniri in Bibliis circellum, qui supra vocem positus significat, vocem illam legendam aliter, quam scribatur in textu. Et in multis Bibliis vera lectio notatur in margine. Sic Gen. 25, 23. in textu habetur גֹּיִם, in margine autem גוים, adjuncta littera ק. Circellus in textu monet lectorem, non haberi ibi omnes literas debitas: et ק in margine significat vocem legendam esse per literas marginales, applicatis punctis textualibus: ק enim est abbreviatio pro קְרִי *lectum*. Tota vero haec diversitas inter lectionem et scriptionem, vocatur a rabbinis *kerì kethiv*. Voces autem illae קְרִי et כְּתִיב sunt in forma

chaldaica; et significant idem, quod hebraice קָרוּא et כָּתוּב, id est: *lectum*, *scriptum*.

CAPUT II.

DE NOMINE, PRAEFIXIS ET PRONOMINE.

Nomini accidunt *genus*, *numerus*, *casus*, et, apud hebraeos, *praefixa* casuum expressiva, sicut et *suffixa*, quae originem ducunt ex pronomine primitivo, et locum supplent pronominis possessivi. Unde, ut haec omnia breviter et distincte explicentur, sit:

I. *De genere.*

Genera in nominibus hebraicis sunt tria: masculinum, femininum, et commune; pro quibus haec sit regula:

Feminea ָה, ֶת, ִית, וּת *gens*, *urbs*, *membra gemella.*

Mascula cetera pleraque sunt; *Communia multa.*

Sensus est: Feminini generis esse solent nomina terminata in ָה, sicut et in ֶת, ִית, וּת, cum ת (ut plerumque fit) servili. Item nomina, quae significant gentes, urbes et membra gemella, qualia sunt oculi, aures, manus etc. Hinc

Adjectiva feminina formantur a masculinis communiter, addendo (ָה), ut טוֹב *bonus*, טוֹבָה *bona*, sed prius tollitur terminatio (ֶה), ut יָפֶה *pulcher*, יָפָה *pulchra.*

Aliquando addendo (ֶת), ut אַחֵר *alius*, אַחֶרֶת *alia.* Et utroque modo fit in participiis, ut suo loco videbimus.

Femininum per (ִית) formant nomina ordinalia, et gentilia, terminata in (ִי); ut שֵׁנִי *secundus*, שֵׁנִית *secunda*; עִבְרִי *hebraeus*, עִבְרִית *hebraea.* Alio item modo, ut עִבְרִיָּה.

Genus neutrum (licet aliquando per masculinum) communiter exprimitur per femininum, ut notat s. Hieronymus ad finem cap. 7. *Eccle.* Et hinc in Psalmo dicitur: *Unam petii a Domino, hanc requiram.*

Gradus comparationis (ut, hos explicando, simul compleamus doctrinam de adjectivis) fiunt circumloquendo sic: טוֹב מִיַּיִן *bonum prae vino*, i. e. *melius vino*: טוֹב מְאֹד *bonum valde*, i. e. *optimum*: vel sic יָפָה בַּנָּשִׁים Cant. 1, 8. *pulchra in mulieribus*, i. e. *pulcherrima*: sic *benedicta tu in mulieribus*, i. e. *benedictissima mulierum.*

II. *De numero.*

Numeri sunt tres, singularis, dualis, et pluralis.

Dualia fit, addendo (ַיִם) ut יוֹם *dies*, יוֹמַיִם *biduum*: sed nomina terminata in (ָה) prius mutant ה in ת ut אַמָּה *cubitus*, אַמָּתַיִם *duo cubiti.*

Pluralis in masculinis fit addendo (ִים), ut שִׁיר *canticum*, pl. שִׁירִים: sed prius tollitur terminatio (ֶה), ut פֶּה *os*, פִּים *ora.*

Pluralis in femininis fit addendo syllabam וֹת, ut אוֹת *signum*, pl. אוֹתוֹת; sed prius tollitur terminatio (ָה), sicut et ת servilia, ut חוֹמָה *murus*, pl. חוֹמוֹת: אִגֶּרֶת *epistola*, pl. אִגְּרוֹת. Speciale est מַלְכוּת *regnum*, pl. מַלְכֻיוֹת, sicut et אָמָה *ancilla*, pl. אֲמָהוֹת, retento ה.

Anomala.

1. Quaedam nomina habent singularem numerum tantum, ut nomina propria, appellativa, metallorum, etc.

2. Quaedam dualem tantum, ut מַיִם *aqua*, שָׁמַיִם *caeli*, etc.

3. Quaedam pluralem tantum, ut חַיִּים *vita*, פָּנִים *facies*, etc.

4. Quaedam habent terminationem masculinam in singulari, et femininam in plurali, ut אָב *pater*, pl. אָבוֹת.

5. Quaedam e contra, ut יוֹנָה *columba*, pl. יוֹנִים.

6. Quaedam in plurali habent utramque terminationem; ut צָבָא *exercitus*, pl. צְבָאִים vel צְבָאוֹת; דּוֹר *aetas*, *generatio*, pl. דּוֹרִים vel דּוֹרוֹת etc.

III. *De casu.*

Casus genitivus exprimitur per *regimen*.

Quoties enim in lingua latina, ex duobus substantivis concurrentibus, posterius debet esse in genitivo casu; toties in hebraica, prius dicitur esse in regimine, seu in statu constructo. *Regimen* autem mutat terminationem (ָה) in (ַת), ut מַלְכָּה *regina*, מַלְכַּת שָׁמַיִם *regina caelorum.* Item terminationem pluralem (ִים) et dualem (ַיִם) mutat in (ֵי), ut חַיִּים *vita*, חַיֵּי אַבְרָהָם *vita Abrahami*; עֵינַיִם *oculi*, עֵינֵי יוֹנִים *oculi columbarum.*

Accusativus exprimitur per particulam אֵת.

Reliqui casus exprimuntur per literas quasdam nominibus praefixas; quas simul cum aliis *praefixis*, quae frequenter occurrunt, breviter nunc explicabo.

IV. *De praefixis.*

Sunt septem literae (comprehensae his vocibus מֹשֶׁה וְכָלֵב) quae, quia praefigi solent, vocantur *praefixa.* Quid significent dum praefiguntur, et quibus punctis instrui debeant, tabula subjecta indicabit.

	Significatio		Modus praefigendi
מ ש ה	*A, E, Prae.* *Qui, quae, quod.* ὁ, ἡ, τὸ,		per (ִ) } Infixo daghèsh per (ֶ) } forti in litera per (ַ) } sequente.
ו כ ל ב	*Et* *Sicut* *Ad*, signum dativi. *In*		} Communiter per schevà.

De daghèsh autem infigendo, hic et alibi passim locum habet haec

Regula generalis.

Si litera, quae deberet dagheshari, non potest recipere daghèsh; compensatio debet fieri mutando punctum *breve* praecedens in *longum*, idest (ִ) in (ֵ), (ֻ) in (וּ), (ַ) in (ָ).
Sed ad pleniorem notitiam de his *praefixis*, sit

APPENDIX I.

De ה.

Juxta dicta, ה demonstrativum praefigitur per pathach, sequente daghèsh. Et, ob daghèsh exclusum, pathach, juxta regulam generalem, mutatur in kamètz. Observandae tamen sunt hae

Regulae speciales.

1. ה demonstrativum ante literas הֽ, ח et מְ schevatum

participii, quae excludunt daghèsh, praefigitur per pathach. Et sic nulla fit compensatio. Imo pathach ante ה, et ח raro mutatur in hamètz ob compensationem.

2. Ante הָ et עָ kametzatas in penultima syllaba existentes, et ante חָ kametzatam, sive in penultima sive, alibi, pathach mutatur in saegòl.

3. ה praefixum, aliquando est *interrogativum*. Tunc autem communiter praefigitur per (ֲ), ut הֲלֹא *an non?*

APPENDIX II.

De ו.

Dictum est quod (ו) praefigatur communiter per schevà: Observandae tamen sunt hae

Regulae speciales.

1. Ante literas schevatas, aut labiales, mutari solet in (וּ), et schurek illud habetur pro *brevi.*

2. Quando (ו) copulat nomina, quorum posterius est monosyllabon, aut *milhel*, praefigitur per (ָ) etiam ante labiales.

3. Aliquando (ו) non tantum copulat, sed, quoad significationem, convertit praeteritum in futurum, et contra.

(ו) conversivum praeteriti, praefigitur juxta regulas jam datas: sed in 1. et 2. persona sing. trajicit accentum in ultimam syllabam: ut וְאָמַרְתָּ *et dices*, וְשָׁמַרְתִּי *et custodiam.* Excipe verba quiescentia *lamed-aleph*, et *lamed-he.*

(ו) conversivum futuri praefigitur per (ַ), sequente daghèsh. (י) autem futuri schevatum, non recipit daghèsh, nec ulla fit compensatio.

Nota. Hoc ו conversivum futuri saepe retrahit accentum, et simul mutat ultimum (ֵ) aut (ָ) in (ֶ), sicut et ultimum (ֹ) aut (וֹ) in kamètz-chatùph, ut וַיָּקָם וַיְבָרֶךְ a יָקוּם יְבָרֵךְ. Aliquando etiam mutat ultimum (ֹ) in (ַ) ante *gutturales* et ר.

APPENDIX III.

De literis כ ל ב.

Praefiguntur communiter per schevà, ut dictum est: Observandae tamen sunt hae

Regulae speciales.

1. Ante (י) schevatum habent chirek. Et hoc juxta regulam generalem tradendam Cap. sequenti. Insuper autem abjicitur schevà ipsius (י): et sic, pro duplici schevà, manet unum chirek, ut בִּיהוּדָה *in Judaea*, loco dicendi בְּיְהוּדָה.

2. Saepe excludunt ה demonstrativum, et, succedentes, punctum ejus assumunt, ut לַמֶּלֶךְ *regi*, pro לְהַמֶּלֶךְ.

3. Ante verba infinitiva, si sint monosyllaba, aut *milhel*, ל praefigitur per kamètz. Sic etiam aliquando ante nomina monosyllaba, et *milhel*.

V. *De pronomine primitivo.*

Pronomina primitiva sunt *perfecta*, quia declinantur cum genere, et numero, habentque suo modo casus per *praefixa* exprimendos, ut in tabula sequenti:

Ego, com.	אֲנִי	שֶׁלִּי	לִי	אוֹתִי	מִמֶּנִּי
Tu, masc.	אַתָּה	Formatur a dativo, mere praefigendo שׁ more solito	לְךָ	אוֹתְךָ	מִמְּךָ
Tu, fem.	אַתְּ		לָךְ	אוֹתָךְ	מִמֵּךְ
Ille	הוּא		לוֹ	אוֹתוֹ	מִמֶּנּוּ
Illa	הִיא		לָהּ	אוֹתָהּ	מִמֶּנָּה
Nos, com.	אֲנַחְנוּ		לָנוּ	אוֹתָנוּ	מִמֶּנּוּ
Vos, masc.	אַתֶּם		לָכֶם	אֶתְכֶם	מִכֶּם
Vos, fem.	אַתֶּן		לָכֶן	אֶתְכֶן	מִכֶּן
Illi	הֵם		לָהֶם	אוֹתָם	מֵהֶם
Illae	הֵן		לָהֶן	אוֹתָן	מֵהֶן

Annotationes.

1. Frequenter dicitur אָנֹכִי pro אֲנִי. 2. Aliquando per aphaeresin, נַחְנוּ pro אֲנַחְנוּ. 3. Poetice לָמוֹ pro לָהֶם. 4. Cum ה paragogico, הֵמָּה, הֵנָּה, אַתֵּנָה, pro הֵם, הֵן, אַתֵּן. 5. Abjecto altero מ, מִנִּי pro מִמֶּנִּי etc.

Huc reducuntur alia pronomina.

1. *Demonstrativum.* Sing. masc. זֶה *hic*, *iste.* Sing. fem. זֹאת, זֹה, זוֹ. Sing. comm. זוּ. Plur. comm. אֵל, אֵלֶּה, *hi* et *hae.*

2. *Relativum* אֲשֶׁר omnis gener. et num. ut praefixum שֶׁ.

3. *Interrogativum.* de persona, מִי *quis? quae?* et de alia re quavis, מַה, מָה, מֶה *quid?*

VI. *De pronomine possessivo, seu suffixis.*

Pronomina possessiva sunt particulae desumptae ex primitivis: et, quia nominibus suffigi solent, dicuntur *suffixa*. Non variantur ob diversum genus nominis, cui suffiguntur, sed ob diversum genus personae possidentis, ut patet ex tabula sequenti :

Nomen Singulare. *Nomen Plurale.*

	Person.	Suffix.	שִׁיר		Person.	Suffix.	שִׁירִים
Suffixa Singularia.	1. C.	ִי	שִׁירִי	Suffixa Singularia.	1. C.	ַי	שִׁירַי
	2. M.	ְךָ	שִׁירְךָ		2. M.	ֶךָ	שִׁירֶיךָ
	2. F.	ֵךְ	שִׁירֵךְ		2. F.	ַךְ	שִׁירַיִךְ
	3. M.	וֹ	שִׁירוֹ		3. M.	ָו	שִׁירָיו
	3. F.	ָהּ	שִׁירָהּ		3. F.	ֶהָ	שִׁירֶיהָ
Suffixa Pluralia.	1. C.	ֵנוּ	שִׁירֵנוּ	Suffixa Pluralia.	1. C.	ֵנוּ	שִׁירֵינוּ
	2. M.	ְכֶם	שִׁירְכֶם		2. M.	ֵכֶם	שִׁירֵיכֶם
	2. F.	ְכֶן	שִׁירְכֶן		2. F.	ֵכֶן	שִׁירֵיכֶן
	3. M.	ָם	שִׁירָם		3. M.	ֵהֶם	שִׁירֵיהֶם
	3. F.	ָן	שִׁירָן		3. F.	ֵהֶן	שִׁירֵיהֶן

Annotationes.

1. Nomina singularia terminata in (הֶ) hanc terminationem abjiciunt, antequam adjungatur suffixum: ut שָׂדֶה *ager*, שָׂדִי *ager meus.*

Terminata autem in (הָ) mutant ה in ת, ut מַלְכָּה *regina*, מַלְכָּתִי *regina mea.* פֶּחָה *dux*, פֶּחָתְךָ *dux tuus.*

Nomina pluralia terminata in וֹת, ut מַלְכוֹת *reginae*, אָבוֹת *patres*, sumi possunt tanquam masculina singularia, ut inde fiant plnralia מַלְכוֹתִים, אֲבוֹתִים : si enim his pluralibus fictis jungantur *suffixa* more solito, omnia recte se habebunt: ut מַלְכוֹתַי, מַלְכוֹתֶיךָ *reginae meae*, *tuae* etc. אֲבוֹתַי, אֲבוֹתֶיךָ *patres mei*, *tui* etc. Sed hujusmodi nomina recipiunt etiam suffixa םָ, et ןָ, ut מַלְכוֹתָם *reginae eorum*, אֲבוֹתָן *patres earum.*

APPENDIX

De formatione nominum.

Nomina formantur a verbis diversimode:

1. Per meram mutationem punctorum, ut מֶלֶךְ *rex*, a verbo מָלַךְ *regnavit.*

2. Per repetitionem alicujus literae radicalis, ut קָדְקֹד *vertex*, a verbo קָדַד *inclinavit verticem.*

3. Per literas הֶאֱמַנְתִּי superadditas. Ex his autem literis א, et מ praeponi solent, ה postponi, reliquae praeponi vel postponi.

Variae etiam sunt nominum classes, per analogiam ad varias conjugationes verborum. Nomina autem derivata a verbis imperfectis sequuntur, ut plurimum, illorum anomalias, seu irregularitates, de quibus postea.

CAPUT III.

DE MUTATIONE PUNCTORUM.

In Capite praecedenti, ut facilior esset doctrina illa generalis, eligendo exempla, in quibus non requirebatur punctorum mutatio, studiose vitavimus hanc difficultatem, quae, ut plerisque videtur, est hujus linguae praecipua. Nunc autem, ut eam enodemus, sit

I. *De mutatione ob accentum.*

Ob accentum distinctivum, praecipue si sit unus ex majoribus, varia fit mutatio; punctis, propter pausam, productis.

1. Generaliter pathach praecedens mutatur in kamètz : ut אֱלֹהָ֑י *Deus meus*, pro אֱלֹהַי; אָמָ֑ר *dixit*, pro אָמַר.

2. In nominibus schevà mutatur in (ֶ) retracto accentu : ut פֶּ֑רִי *fructus* pro פְּרִי. Quod frequenter fit ante *suffixum* ךָ, ut יָדֶ֑ךָ *manus tua*, pro יָדְךָ. Sic (ֳ) aliquando mutatur in chòlem, ut חֹ֑לִי *morbus*, pro חֳלִי.

Item (ֶ) praecedens saepe mutatur in (ָ) ut שָׁ֑מֶשׁ *sol*, pro שֶׁמֶשׁ: sic aliquando in verbis, ut לָשָׁ֑בֶת *sedere*, pro לָשֶׁבֶת.

Unum est nomen אָ֑רֶץ *terra*, quod, quando ei praefigitur ה, semper mutat prius (ֶ) in kamètz, licet non adsit accentus distinctivus. E contra מֶ֑לֶךְ *rex*, et צֶ֑דֶק *justitia*, nunquam mutantur ob accentum.

3. In verbis schevà mutatur in punctum longum, ex quo ortum habuit, retracto accentu : ut יִמְסֹ֑רוּ *tradent*, pro יִמְסְרוּ a fut. sing. יִמְסֹר. Illud autem schevà mutandum, si ortum habuit ex brevi, mutatur in longum simile, ut מָסָ֑רוּ *tradiderunt*, pro מָסְרוּ a sing. מָסַר.

Makkàph e contra mutare solet puncta longa in similia brevia, i. e. (ָ) in (ַ), (ֵ) in (ֶ), (וֹ) in kamètz-chatùph: ut מַה־ *quid*, pro מָה; אֶת־כָּל־ *totum*, pro אֵת כּוֹל.

II. *De mutatione ob alias causas.*

Praeter accentum, quatuor sunt causae, ob quas saepe mutantur puncta in nominibus, idest: *suffixum*, *regimen*, *numerus* (dualis aut pluralis), *genus femininum*, quando in adjectivis genus femininum formatur ex masculino. Et (generatim loquendo de mutatione ob istas causas) quatuor tantum sunt puncta mutabilia, i. e. (ָ) (ֵ) (ֶ) (וֹ), nec nisi in ultima, vel penultima syllaba. Mutantur autem quatuor dicta puncta, ob quatuor dictas causas, juxta regulas sequentes:

Pro (ָ) (ֵ) (ֶ) in penult.

Regula. *Kamètz, tzerè, saegòl, quando sunt in penultima syllaba, debent mutari in schevà, ob quamlibet ex dictis quatuor causis.*

Fit tamen exceptio: quia regimen singulare retinet saegòl, et tzerè similiter quando constituit quinque puncta, ut in nomine עֵגֶל *vitulus*.

Pro eisdem in ultima syllaba.

1. Regula. *Kamètz ultimum mutatur in singulari in (ַ) ob regimen, et cum affix.* כֶם, ךְ. *In plurali vero mutatur in (ִ) ob regimen, et cum affixis* כֶם, כֶן, et הֶם, הֶן.

2. Regula. *Tzerè ultimum si praecedat (ָ), mutatur ut kamètz: si praecedat aliud punctum in regim. sing. manet immotum; alias semper mutatur in (ִ).*

3. Regula. *Saegòl ultimum (extra regim. sing. ubi manet)*

fere mutatur in (ִ), *praeterquam in plurali tam status absoluti, quam in affixis aliis ab* הֶם, הֶן, כֶם, כֶן, *in quibus mutatur in* (ֶ).

Pro (וֹ)

Regula. *Cholem non mutatur, nisi sit in penultima syllaba, et veniat ante saegòl, aut pathach. Tunc autem mutatur in* (o) *brevissimum, seu chatèph-kamètz.*

Excipitur tamen regimen singulare, ubi proinde nulla fit mutatio.

Nota 1. *Pathach vicarium* τοῦ (ַ) habetur pro (ֶ), et easdem leges sequitur. Est autem pathach vicarium τοῦ saegòl, quando venit sub, vel ante gutturalem in dictione *milhel*: ut בַּעַל *dominus*, pro בֶּעֶל, פֶּסַח *pascha*, pro פֶּסֶח.

Nota 2. Saepe contingit, ut mutatio facta juxta regulas praecedentes (licet primo, et per se debita) corrigenda sit, juxta regulas assignandas in paragrapho sequenti.

III. *Regulae generales pro schevà.*

1. Regula. *Schevà simplex, licet quiescens, raro, mobile autem nunquam ponitur sub gutturali; sed, loco ejus, poni debet schevà compositum.* Hoc autem schevà compositum, plerumque est (ֲ), aut aliud affine puncto praecedenti.

Hinc obiter evincitur, dari (o) *brevissimum*, seu punctum compositum, quod vocavimus *chatèph-hamètz.* Nam sicut cetera puncta composita, sic (ֳ) ponitur pro (:) sub gutturalibus, praesertim post (o) *breve*. Sic dicitur אָהֳלוֹ *oholò*, *tabernaculum ejus*, pro אָהְלוֹ *ohlò*, ab אֹהֶל. Et similiter fit per totam conjugationem *Hophàl*, quando prima radicis est gutturalis.

2. Regula. *Punctum compositum, ante aliud schevà, amittit suum:* ut, ex מַעֲשֶׂה *opus*, fit מַעַשְׂךָ *opus tuum*, pro מַעֲשְׂךָ. In pausa autem esset מַעֲשֶׂךָ.

3. Regula. *Schevà simplex non legitur ante aliud schevà, sive simplex, sive compositum.* Sed 1. schevà simplex ante aliud schevà simplex mutatur *communiter* in chirek-parvum: *frequenter* in pathach, praesertim sub, vel ante gutturalem: *aliquando* in saegòl, praesertim si schevà mutandum originem ducat ex tzerè. 2. Schevà simplex ante schevà compositum mutatur in punctum affine ipsi composito, ut וַאֲנִי *et ego*, בֶּאֱמֶת *in veritate*, בָּעֳנִי *in afflictione.*

Hinc oritur *specialis contractio*, ut dicatur בַּאדוֹנָי *in domino*, pro בַּאֲדוֹנָי; et בֵּאלֹהִים *in Deo*, pro בֶּאֱלֹהִים. Sic frequens est לֵאמוֹר *dicere*, pro לֶאֱמוֹר.

Mutatio ergo punctorum, facta juxta regulas datas in paragrapho praecedenti, debet ita corrigi juxta has ultimas tres regulas generales, ut neque schevà simplex legatur sub gutturali, neque legatur schevà simplex, sive compositum, ante aliud schevà. Et sic mutatio redditur completa.

IV. *Exempla mutationis completae.*

Patet ex regulis de mutatione punctorum, quod eadem mutatio, quae fit pro regimine, seu forma constructa, inserviat etiam *suffixis* כֶם, כֶן, הֶם, הֶן; cum interim reliqua *suffixa* sequantur potius formam absolutam. Hinc quatuor illa *suffixa* vocabo *constructa*, reliqua vocabo *absoluta*: et ut res magis adhuc pateat, adjungam exempla, juxta varias nominum classes:

Sing. דָּבָר *verbum*, cum suffixis *absolutis*, דְּבָרִי etc.
Regim. דְּבַר; et sic suffixa *constructa*, ut דְּבַרְכֶם.
Plur. דְּבָרִים; et sic suffixa *absoluta*, ut דְּבָרַי.

Regim. דִּבְרֵי; et sic suffixa *constructa*, ut דִּבְרֵיכֶם.
Sing. שָׁכֵן *vicinus*, cum *absolutis* ut שְׁכֵנִי etc.
Regim. שְׁכַן, et sic cum *constructis* ut שְׁכַנְכֶם.
Plur. שְׁכֵנִים, et sic cum *absolutis* ut שְׁכֵנַי.
Regim. שִׁכְנֵי, et sic cum *constructis* ut שִׁכְנֵיכֶם.

בֶּגֶד	*vestis*	Nil mutant ob regimen sing., sed cum omnibus suffixis sic:	בִּגְדִי
מֶלֶךְ	*rex*		מַלְכִּי
עֵגֶל	*vitulus*		עֶגְלִי
קוֹדֶשׁ	*sanctitas*		קָדְשִׁי

In plurali.	בְּגָדִים	Et sic cum suffixis absolutis, ut	בְּגָדַי
	מְלָכִים		מְלָכַי
	עֲגָלִים		עֲגָלַי
	קֳדָשִׁים		קֳדָשַׁי

Regim. plur.	בִּגְדֵי	Et sic cum suffixis constructis, ut	בִּגְדֵיכֶם
	מַלְכֵי		מַלְכֵיכֶם
	עֶגְלֵי		עֶגְלֵיכֶם
	קָדְשֵׁי		קָדְשֵׁיכֶם

צְדָקָה *justitia*. Suffixa absoluta ut צִדְקָתִי.

Regim. צִדְקַת. Suffixa constructa ut צִדְקַתְכֶם.

Pl. צְדָקוֹת, quasi a sing. צְדָק, quia ut dictum est C. II. n. 2. (ה ָ) tollitur priusquam addatur וֹת.

Regim. צִדְקוֹת. Plurale fictum (de quo Cap. II.) צִדְקוֹתִים, unde omnia suffixa ut צִדְקוֹתַי, צִדְקוֹתֶיךָ etc.

Eamdem formam sequitur שִׁפְחָה *ancilla* cum aliis multis similiter contractis. Nam (quasi esset in singulari שְׁפָחָה) fit in plurali absoluto שְׁפָחוֹת.

APPENDICES

De punctorum mutatione anomala.

Inter legendum, multae occurrunt punctorum mutationes anomalae, quarum praecipuas in his Appendicibus breviter explicabo.

APPENDIX I.

De accentu distinctivo.

Accentus distinctivi, praecipue majores *soph-pasùk* et *athnàk*, faciunt

לָךְ	pro	לְךָ	עָתָּה	pro	עַתָּה
אוֹתָךְ		אוֹתְךָ	אָתָּה		אַתָּה
מִמֵּךְ		מִמְּךָ	אָנֹכִי		אֲנוֹכִי
בָּךְ		בְּךָ	אָנִי		אֲנִי

In illis transponuntur puncta, et syllabarum numerus contrahitur: in istis producuntur puncta, et accentus retrahitur.

APPENDIX II.

De nominibus ortis ex defectivis ע.

Haec nomina nil solent mutare ob regimen sing., sed aucta a fine per suffixum, numerum pluralem, aut terminationem femininam, habent daghèsh ad significandum defectum, et punctum longum praecedens mutatur in breve, idest (ֵ) in (ִ), (ָ) in (ַ), (וֹ) in (ֻ).

Sic שָׂק *saccus*, suffix. שַׂקִּי, תָּם *perfectus*, *integer*, pl. תַּמִּים, fem. תַּמָּה.

לֵב *cor*, לִבִּי *cor meum*, חֵן *gratia*, חִנּוֹ *gratia ejus.*

עֹז *robur*, עֻזִּי *robur meum*, תֹּם *perfectio*, תֻּמִּי etc.

In his autem nominibus (ָ) repertum sub augmento antecedente, manet. Ut מָגֵן *clypeus*, a גָּנַן *protexit*, pl. מָגִנִּים, suffix. מָגִנִּי etc. Excipitur מָחוֹל *chorus.*

Nomina sequentia

פַּת *buccella*	בַּז *praeda*
מַס *tributum*	סַף *limen*
צַד *latus*	גַּת *torcular*
חַת *terror*	

Aucta a fine, mutant (ַ) in (ִ) sequente daghèsh, sic pl. פִּתִּים *buccellae* etc.

Ad defectiva reducuntur

בַּת *filia*, pro בֶּנֶת, suffix. בִּתִּי etc. pl. בָּנוֹת. Et cetera inde regulariter.

אֱמֶת *veritas*, pro אֱמֶנֶת, suff. אֲמִתִּי etc. אַף *facies*, *nasus*, *ira*, pro אֶנֶף, suff. אַפִּי.

APPENDIX III.

De nominibus ortis ex quiescentibus ע.

Sequentia nomina

1.	מָוֶת *mors* תָּוֶךְ *medium* אָוֶן *iniquitas*	Contrahuntur per (וֹ), ut מוֹתִי *mors mea* etc.
2.	שׁוֹר *bos* שׁוֹק *platea* דּוּד *canistrum*	In plur. dilatantur per ו mobile, ut שְׁוָרִים *boves.* etc.

Sed זַיִת *oliva*		Contrahunt (ֵ) et (ִ) in unum (ֵ), ut זֵיתִים *olivae*, עֵינִי *oculus meus.*
עַיִן *oculus*		
et cetera hujusmodi;		

Excipe vero

חַיִל	*robur, exercitus*	quae in pl. habent	חֲיָלִים
עַיִר	*pullus asini*		עֲיָרִים
תַּיִשׁ	*hircus*		תְּיָשִׁים
בַּיִת	*domus*		בָּתִּים

שַׁיִת *vepres*, habet cum suffixo (ִ) שִׁיתוֹ.

Tandem

עִיר	*civitas*	habent in pl.	עָרִים	per ָ immutabile
רֹאשׁ	*caput*		רָאשִׁים	per ָ mutabile.
יוֹם	*dies*		יָמִים	

APPENDIX IV.

De nominibus ortis ex quiescentibus lamed-he.

1. Dissyllaba quaedam terminata in (ֶה) et (וּת) non mutant (ָ) in penultima.

אָלָה	*juramentum*	cum suffix.	אָלָתִי
בָּרוּת	*esca*, etc.		בָּרוּתִי

Huc reducuntur רָמָה et רָמוּת *excelsum*. Item רָעָה *malum*, צָרָה *angustia*. Et alia quaedam similia.

2. Nomina finita in (ֶה), ut (מִקְנֶה) *possessio* (a קָנָה *possedit*) ob regimen sing. mutant (ֶ) in (ֵ), ut מִקְנֵה צֹאן *possessio pecoris*. Aucta a fine amittunt ה, unde fit in plurali מִקְנִים. Denique recipiunt suffixum verbale הוּ, ut מִקְנֵהוּ *possessio ejus*.

3. Quaedam monosyllaba variantur, ut sequitur:

אָב *pater*. Suffixa absoluta אָבִי , אָבִיךָ , אָבִיךְ *pater meus* etc. vel אָבִיהוּ , אָבִיהָ , אָבִינוּ *pater eorum* etc.

Regim. singul. אֲבִי. Suffixa constructa אֲבִיכֶם etc.

Plur. אָבוֹת. Regim. אֲבוֹת. Suff. regulariter.

אָח *frater*, ut אָב , sed in plur. אַחִים. Regim. אֲחֵי.

חָם *socer*, ut אָב , sed in Bibliis tantum חָמִיךְ , חָמִיהָ.

דָּם *sanguis*. Omnia regulariter, praeter דִּמְכֶם.

יָד *manus* nil irregulariter praeter יֶדְכֶם , יֶדְכֶן.

פֶּה *os*, regim. sing. פִּי , suffixa פִּי , פִּיךָ , etc. ut in אָב.

In Plur. פִּים , פֵּיוֹת , פִּיוֹת , פִּיפִיּוֹת

שֶׂה *agnus*. Regim. שֵׂה. Suffix. שֵׂיוֹ et שֵׂיֵהוּ.

בֵּן *filius*. Reg. בֶּן vel בִּן. Pl. בָּנִים שֵׁם *nomen*. Reg. שֵׁם. Pl. שֵׁמוֹת	cetera regularia.

APPENDIX V.

De kamètz.

1	שָׁלִישִׁים *tribuni* שָׁבֻעִים *septimanae*	Retinent (ָ) ut distinguantur a שְׁלִישִׁים, *tertiani*, et a שְׁבֻעִים *jurati*.
2	אִכָּרִים *agricolae* חַטָּאִים *peccatores* חָרָשִׁים *fabri*	Et alia quaedam similia ubique retinent (ָ).

Nota. חָרָשִׁים est ejusdem formae cum חַטָּאִים. Primum enim (ָ) ponitur pro (ַ) ad compensandum daghèsh exclusum ex ר.

3	קָטָן *parvus*	Et alia quaedam similia, euphoniae gratia, mutant ultimum (ָ) in (ַ), sequente daghèsh, ut קְטַנִּים etc.	
	גָּמָל *camelus*		
	אוֹפָן *rota*		
	מִשְׂגָּב *refugium*		
	שָׁפָן *cuniculus*		

APPENDIX VI.

De Tzerè.

Haec et quaedam similia retinent (ֵ).	אֲפֵלָה *caligo*	אֲבֵלִים *lugentes*
	בְּרֵכָה *piscina*	שְׂמֵחִים *laetantes*
	גְּזֵלָה *rapina*	חֲפֵצִים *volentes*
	שְׁאֵלָה *petitio*	שְׁכֵחִים *obliviscentes*

Item בְּאֵר *puteus*, et similia, frequentius retinent (ֵ).

Haec autem constanter	רֵאשִׁית *principium*	Et omnia, ubi (ֵ) sic venit ante quiescentem.
	אֵיבָה *inimicitia*	
	הֵיכָל *templum*	

Nota. חֵרֵשׁ *surdus* est ejusdem formae cum אִלֵּם *mutus*. Primum enim (ֵ) ponitur pro (ִ) ob daghèsh exclusum ex ר. Et ideo manet in plurali חֵרְשִׁים.

APPENDIX VII.

De Saegòl.

Saegòl in dualibus ubique mutatur in schevà. Ut אֹזֶן *auris*, dual. אָזְנַיִם, suffixa omnia ut אָזְנִי etc.

Nota. גַּחַל (unde plur. גֶּחָלִים *prunae*) sicut et פֶּחָם *carbo*, sunt ejusdem formae cum גַּנָּב *fur*. Illud enim (ֶ) ponitur pro (ַ) ante ח (ut dictum est pag. 14.), et ideo (ֶ) illud manet, quamdiu manet ח kametzatum. At quando mutatum fuerit (ָ) sub ח, tunc etiam (ַ), excluso (ֶ), sedem sibi debitam occupat. Unde dicitur in regimine גַּחֲלֵי־אֵשׁ *prunae ignis*.

APPENDIX VIII,

De Cholem.

1	בֹּקֶר *mane* פֹּעַל *actio* קֹמֶץ *pugillus* רֹמַח *spiculum* רֹתֶם *juniperus*	In plurali absoluto mutant cholem in schevà, ut בְּקָרִים etc.
2	אֹהֶל *tabernaculum* כּוֹבַע *galea* פֹּעַל *actio*	In plurali absoluto, et cum suffixis, aliquando retinent cholem.

Cetera hujus formae nomina, juxta regulam generalem, mutant cholem in (ֳ), quod (sicut cetera puncta composita) ante aliud schevà, amittit suum, et sic transit in (o) breve. Aliquando tamen transit in (ֻ) ut גָּדְלוֹ *magnitudo ejus* a גֹּדֶל.

Cholem ultimae syllabae saepe, euphoniae gratia, mutatur in (ֻ) sequente daghèsh. Ut אָדֹם *rufus*, plurale אֲדֻמִּים: sic

חַרְטֹום	*magnus*	נָקֹוד	*punctatum*
קַרְדֹּום	*securis*	עָקֹוד	*variegatum*
עָרֹום	*nudus*	עָקֹוב	*fraudulentum*
עֵירֹום		עָמֹוק	*profundum.*

Praeter omnem regulam ab אֱנֹושׁ *homo* fit in plur. אֲנָשִׁים.

CAPUT VI.

DE VERBO PERFECTO.

Verba apud Hebraeos habent duo tempora, *praeteritum* et *futurum*; pro *praesenti* utuntur participio, quod ideo vocatur *benoni*, seu intermedium, quia medium est inter praeteritum, et futurum. Dicunt v. g. *ego tradens*, *tu tradens* etc. pro *trado*, *tradis* etc.

Sunt quatuor Conjugationes.

1. *Kal*, seu *Pahal*; cujus passiva est *Niphal*.

2. *Pihel*; cujus passiva *Puhal*.

3. *Hiphil*; cujus passiva *Hophal*.

4. *Hithpahel*; quae, quia est reciproca, non habet passivam. Haec autem conjugationum nomina ortum ducunt ex antiquo paradigmate פָּעַל.

Idem verbum inflectitur per omnes illas conjugationes: sed sic acquirit diversas significationes; v. gr. מָסַר

In 1. conjug. unde significat actionem, idest *tradidit*; vel passionem נִמְסַר *traditus est.*

In 2. additur emphasis: מִסֵּר *diligenter tradidit*, מֻסַּר *diligenter traditus est.*

In 3. significat actionem, mediante alia actione, vel passione: הִמְסִיר *fecit tradere*, הָמְסַר *factus est tradere.*

In 4. significat actionem reciprocam; הִתְמַסֵּר *tradidit se ipsum.*

Sic plerumque ob varias conjugationes, variatur Verborum significatio: quando aliter continget, Lexicon indicabit. Hoc specialiter notari potest, quod Verba, quae in *Kal* sunt neutra, in *Pihel* fiant activa. Quid autem quaeque conjugatio contineat, sequens tabula exhibebit, simul cum paradigmate, ad cujus normam conjugari debent omnia Verba Perfecta. Si *Kal* accurate discatur, ut debet, nulla fere restabit difficultas in *Niphal*, ceterisque conjugationibus addiscendis. Ipsa conjugationum nomina *Niphal*, *Pihel* etc. primam vocem suggerent; et reliquae, quasi sponte venient ad imitationem ipsius *Kal*, praesertim si prius legeris adnotationes subjungendas.

HITHPAHEL	HOPHAL	HIPHIL	PVHAL
הִתְמַסֵּר	הָמְסַר	הִמְסִיר	מֻסַּר
הִתְמַסְּרָה	הָמְסְרָה	הִמְסִירָה	מֻסְּרָה
הִתְמַסַּרְתָּ	הָמְסַרְתָּ	הִמְסַרְתָּ	מֻסַּרְתָּ
הִתְמַסַּרְתְּ	הָמְסַרְתְּ	הִמְסַרְתְּ	מֻסַּרְתְּ
הִתְמַסַּרְתִּי	הָמְסַרְתִּי	הִמְסַרְתִּי	מֻסַּרְתִּי
הִתְמַסְּרוּ	הָמְסְרוּ	הִמְסִירוּ	מֻסְּרוּ
חִתְמַסַּרְתֶּם	הָמְסַרְתֶּם	הִמְסַרְתֶּם	מֻסַּרְתֶּם
הִתְמַסַּרְתֶּן	הָמְסַרְתֶּן	הִמְכַרְתֶּן	מֻסַּרְתֶּן
הִתְמַסַּרְנוּ	הָמְסַרְנוּ	הִמְסַרְנוּ	מֻסַּרְנוּ
אֶתְמַסֵּר	אָמְסַר	אַמְסִיר	אֲמֻסַּר
תִּתְמַסֵּר	תָּמְסַר	תַּמְסִיר	תְּמֻסַּר
תִּתְמַסְּרִי	תָּמְסְרִי	תַּמְסִירִי	תְּמֻסְּרִי
יִתְמַסֵּר	יָמְסַר	יַמְסִיר	יְמֻסַּר
תִּתְמַסֵּר	תָּמְסַר	תַּמְסִיר	תְּמֻסַּר
נִתְמַסֵּר	נָמְסַר	נַמְסִיר	נְמֻסַּר
תִּתְמַסְּרוּ	תָּמְכְרוּ	תַּמְסִירוּ	תְּמֻסְּרוּ
יִתְמַסְּרוּ	יָמְסְרוּ	יַמְסִירוּ	יְמֻסְּרוּ
תִּתְמַסֵּרְנָה	תָּמְסַרְנָה	תַּמְסַרְנָה	תְּמֻסַּרְנָה

PIHEL	NIPHAL	KAL	PERSONA		
מִסֵּר	נִמְסַר	מָסַר	3. m.	Singularis.	PRAETERITUM.
מִסְּרָה	נִמְסְרָה	מָֽסְרָה	3. f.		
מִסַּרְתָּ	נִמְסַרְתָּ	מָסַרְתָּ	2. m.		
מִסַּרְתְּ	נִמְסַרְתְּ	מָסַרְתְּ	2. f.		
מִסַּרְתִּי	נִמְסַרְתִּי	מָסַרְתִּי	1. c.		
מִסְּרוּ	נִמְסְרוּ	מָֽסְרוּ	3. c.	Pluralis.	
מִסַּרְתֶּם	נִמְסַרְתֶּם	מְסַרְתֶּם	2. m.		
מִסַּרְתֶּן	נִמְסַרְתֶּן	מְסַרְתֶּן	2. f.		
מִסַּרְנוּ	נִמְסַרְנוּ	מָסַרְנוּ	1. c.		

PIHEL	NIPHAL	KAL	PERSONA		
אֲמַסֵּר	אֶמָּסֵר	אֶמְסוֹר	1. c.	Singularis.	FUTURUM.
תְּמַסֵּר	תִּמָּסֵר	תִּמְסוֹר	2. m.		
תְּמַסְּרִי	תִּמָּסְרִי	תִּמְסְרִי	2. f.		
יְמַסֵּר	יִמָּסֵר	יִמְסוֹר	3. m.		
תְּמַסֵּר	תִּמָּסֵר	תִּמְסוֹר	3. f.		
נְמַסֵּר	נִמָּסֵר	נִמְסוֹר	1. c.	Pluralis.	
תְּמַסְּרוּ	תִּמָּסְרוּ	תִּמְסְרוּ	2. m.		
יְמַסְּרוּ	יִמָּסְרוּ	יִמְסְרוּ	3. m.		
תְּמַסֵּרְנָה	תִּמָּסַרְנָה	תִּמְסוֹרְנָה	2. 3. f.		

HITHPAHEL	HOPHAL	HIPHIL	PVHAL
הִתְמַסֵּר הִתְמַסְּרִי הִתְמַסְּרוּ הִתְמַסֵּרְנָה	Caret imperativo.	הַמְסֵר et (סֵר) הַמְסִירִי הַמְסִירוּ הַמְסֵרְנָה	Caret imperativo.
הִתְמַסֵּר	הָמְסַר	הַמְסִיר הַמְסֵר	מֻסֹּר
מִתְמַסֵּר מִתְמַסְּרָה et מִתְמַסֶּרֶת מִתְמַסְּרִים מִתְמַסְּרוֹת	מָמְסָר מָמְסָרָה et מָמְסֶרֶת מָמְסָרִים מָמְסָרוֹת	מַמְסִיר מַמְסִירָה et מַמְסִירַת מַמְסִירִים מַמְסִירוֹת	מְמֻסָּר מְמֻסָּרָה et מְמֻסֶּרֶת מְמֻסָּרִים מְמֻסָּרוֹת

		PERSONA	KAL	NIPHAL	PIHEL
IMPERATIVUS.	Sing.	2. m.	מְסוֹר	הִמָּסֵר	מַסֵּר
		2. f.	מִסְרִי	הִמָּסְרִי	מַסְּרִי
	Plur.	2. m.	מִסְרוּ	הִמָּסְרוּ	מַסְּרוּ
		2. f.	מְסוֹרְנָה	הִמָּסֵרְנָה	מַסֵּרְנָה
INFINIT.			מָסוֹר מְסוֹר	הִמָּסֵר	מַסֵּר
BENONI.	Sing.	m.	מוֹסֵר	נִמְסָר	מְמַסֵּר
		f.	מוֹסְרָה et מוֹסֶרֶת	נִמְסָרָה et נִמְסֶרֶת	מְמַסְּרָה et מְמַסֶּרֶת
	Plur.	m.	מוֹסְרִים	נִמְסָרִים	מְמַסְּרִים
		f.	מוֹסְרוֹת	נִמְסָרוֹת	מְמַסְּרוֹת
PAHUL.	Sing.	m.	מָסוּר		
		f.	מְסוּרָה		
	Plur.	m.	מְסוּרִים		
		f.	מְסוּרוֹת		

Annotationes generales.

1. Incipitur conjugatio a tertia persona praeteriti; quia illa in *Kal* est simplex radix. Et inde formantur reliquae fere omnes personae praeteriti, addendo ultimas syllabas pronominum.

2. Infinitivus dicitur מָקוֹר, i. e. *fons*, quia inde formantur reliqua fere omnia.

Gerundia ab infinitivo formantur per literas בכלם praefixas. Sed in *Kal*, et *Hiphil* (praeter formam communem primo loco expressam in tabula) est alia infinitivi forma aequivalens gerundio in *do*. Haec autem nude usurpatur, (seu, sine litera praefixa), et plerumque in duplicatione verbi, ut מָסוֹר תִּמְסוֹר *tradendo trades.*

Futura ab infinitivo formantur, praefigendo literas אֵיתָן, per se loquendo, schevatas: pulcre alludunt ad pronomina latina א *ego*, ת *tu*, י *ille*, נ *nos*. Unde illas, hoc ordine numeratas, vocabo *etinales*.

Participia etiam (exceptis participiis primae conjugationis) ab infinitivo praecipue formantur, praefigendo מ, quod etiam per se loquendo, est schevatum. Sed regula est generalis.

Literae etinales, et מ *participii, excludunt* ה *characteristicum sequens, et punctum ejus assumunt.*

3. Participia, (ut in paradigmate vidimus) instar nominum declinantur: sed habent in feminino singulari duplicem formam. Sic

In Kal.			*In Niphal.*		
Sing. masc.		מוֹסֵר	Sing. masc.		נִמְסָר
fem.	et	מוֹסְרָה מוֹסֶרֶת	fem.	et	נִמְסָרָה נִמְסֶרֶת
Plur. masc.		מוֹסְרִים	Plur. masc.		נִמְסָרִים
fem.		מוֹסְרוֹת	fem.		נִמְסָרוֹת

Annotationes speciales

Pro Kal.

1. *Kal* habet pro nota characteristica, quod nullum habeat *daghèsh forte*, nec augmentum antecedens, praeter literas *etinales*: et ab hujusmodi oneris carentia vocatur *Kal*, i e. *levis.*

2. Praeter terminationem communem, praeteritum *Kal* aliquando terminatur in (ֵ), ut זָקֵן *senuit.* Sed inflectitur ad paradigma commune sic: זָקֵן , זָקְנָה , זָקַנְתָּ etc. Tunc autem benoni non differt a praeterito: dicitur enim זָקֵן *senuit*, et זָקֵן *senescens.*

Aliquando etiam, sed rarius, terminatur in cholem, ut יָכֹל *potuit.* Hoc autem cholem, prorsus ut pathach, aut manet, aut mutatur. Sic enim inflectitur: יָכֹל , יָכְלָה , יָכֹלְתָּ etc. Ob translationem tamen accentus, cholem transit in kamètz-chatùph, ut וְיָכָלְתָּ *et poteris.* Unde in secunda persona plur. debet similiter dici יְכָלְתֶּם , יְכָלְתֶּן.

3. In multis verbis neutris, et illis quae habent gutturalem pro secunda, vel tertia radicis, futurum et imperativua *Kal* non terminantur juxta paradigma commune in וֹ, sed in (ַ), ut יִשְׁכַּב *cubabit*, גְּאַל *redime*, שְׁמַע *audi.* Sic infinitivus aliquando, ut לִשְׁכַּב *cubare.*

4. Literae *etinales* saepe retinent punctum breve, eis debitum propter affinitatem cum puncto composito, quod literae sequenti debetur, licet illud punctum compositum non exprimatur. Sic contracte dicitur יַחְסוֹר pro יַחֲסוֹר *deficiet*, יֶחְפַּר pro יֶחֱפַּר *erubescet.*

Annotationes speciales

Pro reliquis conjugationibus.

1. *Niphal* pro nota characteristica habet נ in fronte. Quia autem illud נ non exprimitur nisi in praeterito, et participio, compensatur in futuro ejus defectus per daghèsh in prima radicis; utque illud daghèsh sentiatur, infinitivo, et imperativo praefigitur הִ. *Etinales* hoc faciunt in futuro.

2. *Pihel* pro nota sua habet daghèsh in media radicis. Sic etiam *Puhal*, sed praecedente kibbùtz. Nullum autem habent augmentum antecedens, praeter *etinales*, et מ participii.

3. *Hiphil* pro nota sua habet ה praefixum per (ִ), aut (ֵ), et quando ab *etinalibus*, aut מ participii, excluditur illud ה, punctum ejus (ַ) manet sub litera excludente: mediat etiam (י) inter secundam, et tertiam radicis; per quae satis distinguitur conjugatio. Sed

Nota: Saepe in futùro *Hiphil* mutatur illud (ִ) in (ֵ), praesertim quando adest ו conversivum.

4. *Hophal* pro nota sua habet ה praefixum per kamètz-chatùph. Quod etiam, excluso ה per *etinales*, aut מ participii, manet sub litera excludente. Sed

Nota: Illud kamètz-chatùph aliquando, praesertim in participio, mutatur in kibbùtz.

5. *Hithpahel* pro nota sua, praeter daghèsh forte in media radicis, habet praefixam particulam הִתְ, aut aliam similem, quando ה excluditur ab *etinalibus*, aut מ participii. Sed

Nota: Quando prima radicis est una ex literis זסצש, ad vitandum stridorem, ת characteristicum illi postponitur, ut הִשְׁתַּמֵּר *custodivit se*, pro הִתְשַׁמֵּר. Idemque ת post ז in ד,

post צ in ט mutatur, ut הִצְטַדֵּק *justificavit se*, pro הִתְצַדֵּק. Haec autem raro.

APPENDIX

Pro gutturalibus.

Quando literas, juxta paradigma schevandas, contingit esse gutturales, observandae sunt regulae generales de schevà. Vide illas supra Cap. III. Juvabit autem specialius notasse sequentia:

1. Si prima radicis sit gutturalis, in praeteritis *Hiphil*, et *Niphal*, ac in hujus participio, habet plerumque (ֱ), et augmentum antecedens habet (ֶ), ut הֶעֱבִיר *transire fecit.*

2. Idem fit interdum in futuro *Kal*, si prima radicis sit א, aut ח, ut יֶאֱפוֹד *amiciet*, יֶחְפַּר *erubescet.*

3. Item in imperativo, et infinitivo *Kal*, si prima radicis sit א, ut אֱמֹר *dic*, לֶאֱסֹף *congregare.*

CAPUT V.

DE VERBO IMPERFECTO.

Verba Imperfecta sunt vel *Defectiva*, vel *Quiescentia*. Defectiva sunt, in quibus litera aliqua radicalis inter conjugandum deficit, facta compensatione per daghèsh. Quiescentia sunt, in quibus litera aliqua radicalis quiescit, aut abjicitur, compensatione facta non per daghèsh, sed per punctum vocale *longum.*

Reduci possuut ad sex Classes:

1. Defectiva *pe-nun*, ut נָגַשׁ *accessit.*
2. Quiescentia *pe-jod*, ut יָשַׁב *sedit.*
3. Defectiva *duplicantia ajin*, ut סָבַב *circuivit.*
4. Quiescentia *ajin-vau*, ut קוּם *surgere.*

5. Quiescentia *lamed-aleph*, ut בָּרָא *creavit.*

6. Quiescentia *lamed-he*, ut קָנָה *possedit.*

Explico terminos. Ab antiquo paradigmate פָּעַל, prima litera cujusque radicis vocatur *pe*, secunda vocatur *ajin*, tertia vocatur *lamed.* Unde verbum defectivum *pe-nun*, est verbum defectivum, in quo prima litera radicis est נ. Verbum quiescens *lamed-he*, est verbum quiescens, in quo tertia litera radicis est ה. Et sic de ceteris.

Aliqui ponunt aliam classem, idest quiescentia *pe-aleph*, ut אָכַל *comedit*, אָבַד *periit*, אָמַר *dixit* etc. Sed pauca illorum sunt imperfecta, nec nisi in futuro *Kal*, quod sic formatur:

אכַל *comedam*		אֹכֵל
תֹאכַל *comedes* m.	vel per (··)	m. תֹאכֵל
תֹאכְלִי *comedes* f. etc.		f. תֹאכְלִי

Pro verbis ergo *pe-aleph*, sufficit dicere, quod pauca illorum habeant istam specialem anomaliam in futuro, in cujus prima persona singul. א radicale abjicitur; in reliquis autem personis manet quiescens in cholem. Illa vero pauca sunt, praecipue tria praedicta. Eamdem tamen anomaliam sequuntur אָבָה *voluit*, אָפָה *coxit;* et aliquando haec tria אָהַב *dilexit*, אָחַז *tenuit*, אָסַף *congregavit.* Pergamus nunc ad propositas sex Classes explicandas.

I. CLASSIS.

Defectiva pe-nun.

In his verbis *nun schevandum tollitur* (excipe praeteritum *Kal*, et participium *Pahul*), et defectus, ubi potest, notatur per *daghèsh forte* in litera sequente, ut יִגַּשׁ *accedet*, pro יִנְגַּשׁ.

Item infinitivus *Kal* assumit (ֶת), ut גֶּשֶׁת *accedere*.

In nullo alio differunt haec Verba a Perfectis. Unde sufficeret in paradigmate exhibere illa, in quibus נ, quia schevandum esset, tollitur. Fit ergo a נָגַשׁ *accessit*.

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM
הֻגַּשׁ	הִגִּישׁ	נִגַּשׁ	נָגַשׁ
הֻגְּשָׁה	הִגִּישָׁה	נִגְּשָׁה	נָֽגְשָׁה
הֻגַּשְׁתָּ	הִגַּשְׁתָּ	נִגַּשְׁתָּ	נָגַשְׁתָּ
הֻגַּשְׁתְּ	הִגַּשְׁתְּ	יִגַּשְׁתְּ	נָגַשְׁתְּ
הֻגַּשְׁתִּי	הִגַּשְׁתִּי	נִגַּשְׁתִּי	נָגַשְׁתִּי
הֻגְּשׁוּ	הִגִּישׁוּ	נִגְּשׁוּ	נָֽגְשׁוּ
הֻגַּשְׁתֶּם	הִגַּשְׁתֶּם	נִגַּשְׁתֶּם	נְגַשְׁתֶּם
הֻגַּשְׁתֶּן	הִגַּשְׁתֶּן	נִגַּשְׁתֶּן	נְגַשְׁתֶּן
הֻגַּשְׁנוּ	הִגַּשְׁנוּ	נִגַּשְׁנוּ	נָגַשְׁנוּ
FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM
אֻגַּשׁ	אַגַּשׁ et אַגִּישׁ	אֶנָּגֵשׁ	אַגַּשׁ et אֶנְגֹּשׁ
תֻּגַּשׁ	תַּגִּישׁ	תִּנָּגֵשׁ	תִּגַּשׁ
תֻּגְּשִׁי	תַּגִּישִׁי	תִּנָּגְשִׁי	תִּגְּשִׁי
יֻגַּשׁ	יַגִּישׁ	יִנָּגֵשׁ	יִגַּשׁ
תֻּגַּשׁ	תַּגִּישׁ	תִּנָּגֵשׁ	תִּגַּשׁ
נֻגַּשׁ	נַגִּישׁ	נִנָּגֵשׁ	נִגַּשׁ
תֻּגְּשׁוּ	תַּגִּישׁוּ	תִּנָּגְשׁוּ	תִּגְּשׁוּ
יֻגְּשׁוּ	יַגִּישׁוּ	יִנָּגְשׁוּ	יִגְּשׁוּ
תֻּגַּשְׁנָה	תַּגֵּשְׁנָה	תִּנָּגַשְׁנָה	תִּגַּשְׁנָה

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
Caret imperativo.	IMPERATIVUS	IMPERATIVUS	IMPERATIVUS
	הַגֵּשׁ et הַגִּישׁ הַגִּישִׁי הַגִּישׁוּ הַגֵּשְׁנָה	הִנָּגֵשׁ הִנָּגְשִׁי הִנָּגְשׁוּ הִנָּגַשְׁנָה	גֶּשׁ et גַּשׁ גְּשִׁי גְּשׁוּ גַּשְׁנָה
INFINITIVUS	INFINITIVUS	INFINITIVUS	INFINITIVUS
הֻגַּשׁ	הַגֵּשׁ et הַגִּישׁ	הִנָּגֵשׁ	גֶּשֶׁת et נְגוֹשׁ
BENONI	BENONI	BENONI	BENONI
מֻגָּשׁ מֻגָּשָׁה מֻגָּשִׁים מֻגָּשׁוֹת	מַגִּישׁ מַגִּישָׁה מַגִּישִׁים מַגִּישׁוֹת	נִגָּשׁ נִגָּשָׁה et נִגֶּשֶׁת נִגָּשִׁים נִגָּשׁוֹת	נוֹגֵשׁ נוֹגְשָׁה נוֹגְשִׁים נוֹגְשׁוֹת
			PAHUL
Caret pahul.	Caret pahul.	Caret pahul.	נָגוּשׁ נְגוּשָׁה נְגוּשִׁים נְגוּשׁוֹת

Annotationes.

1. Hanc formam sequuntur quaedam alia verba, לָקַח *accepit*, יָנַח *reliquit*, יָקַף *circuivit*; et quae incipiunt a (יָצ), excepto uno יָצָא *exivit*, quod pertinet ad classem sequentem.

2. Formam in paradigmate expressam sequuntur verba *pe-nun*, quatenus, recedendo a forma Perfectorum, sunt Imperfecta. Saepe autem fit, nt illa (sicut et alia verba imperfecta) contra formam propriam, aliqua ex parte sequantur formam perfectorum. Sic a נָפַל *cecidit*, fit in futuro *Kal* אֶפֹּל, תִּפֹּל etc. cum terminatione cholem, more perfectorum: et prorsus perfecte תִּנְדֹּף *impelles*. Sic in imperativo, נְצֹר *custodi*: in infinitivo לִנְדֹּר *vovere*.

II. CLASSIS.

Quiescentia pe-jod.

Haec Classis multum convenit cum praecedente: nam etiam hic infinitivus assumit (תֶ). Et sicut ibi נ, ita hic (י) *schevandum* tollitur. Compensatio autem non fit per daghèsh, sed per punctum vocale longum, idest per (ֵ) in *Kal*, per וֹ in *Niphal*, et *Hiphil*, per וּ in *Hophal*. Fit ergo a verbo יָשַׁב *habitavit*, ut in paradigmate sequenti:

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM
הוּשַׁב	הוֹשִׁיב	נוֹשַׁב	יָשַׁב
הוּשְׁבָה	הוֹשִׁיבָה	נוֹשְׁבָה	יָשְׁבָה
הוּשַׁבְתָּ	הוֹשַׁבְתָּ	נוֹשַׁבְתָּ	יָשַׁבְתָּ
הוּשַׁבְתְּ	הוֹשַׁבְתְּ	נוֹשַׁבְתְּ	יָשַׁבְתְּ
הוּשַׁבְתִּי	הוֹשַׁבְתִּי	נוֹשַׁבְתִּי	יָשַׁבְתִּי
הוּשְׁבוּ	הוֹשִׁיבוּ	נוֹשְׁבוּ	יָשְׁבוּ
הוּשַׁבְתֶּם	הוֹשַׁבְתֶּם	נוֹשַׁבְתֶּם	יְשַׁבְתֶּם

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM
הוּשַׁבְתֶּן	הוֹשַׁבְתֶּן	נוֹשַׁבְתֶּן	יְשַׁבְתֶּן
הוּשַׁבְנוּ	הוֹשַׁבְנוּ	נוֹשַׁבְנוּ	יָשַׁבְנוּ
FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM
אוּשַׁב	אוֹשִׁיב	אִוָּשֵׁב	אֵשֵׁב
תּוּשַׁב	תּוֹשִׁיב	תִּוָּשֵׁב	תֵּשֵׁב
תּוּשְׁבִי	תּוֹשִׁיבִי	תִּוָּשְׁבִי	תֵּשְׁבִי
יוּשַׁב	יוֹשִׁיב	יִוָּשֵׁב	יֵשֵׁב
תּוּשַׁב	תּוֹשִׁיב	תִּוָּשֵׁב	תֵּשֵׁב
נוּשַׁב	נוֹשִׁיב	נִוָּשֵׁב	נֵשֵׁב
תּוּשְׁבוּ	תּוֹשִׁיבוּ	תִּוָּשְׁבוּ	תֵּשְׁבוּ
יוּשְׁבוּ	יוֹשִׁיבוּ	יִוָּשְׁבוּ	יֵשְׁבוּ
תּוּשַׁבְנָה	תּוֹשֵׁבְנָה	תִּוָּשַׁבְנָה	תֵּשַׁבְנָה
Caret imperativo.	IMPERATIVUS	IMPERATIVUS	IMPERATIVUS
	הוֹשִׁיב	הִוָּשֵׁב	שֵׁב
	הוֹשִׁיבִי	הִוָּשְׁבִי	שְׁבִי
	הוֹשִׁיבוּ	הִוָּשְׁבוּ	שְׁבוּ
	הוֹשֵׁבְנָה	הִוָּשַׁבְנָה	שֵׁבְנָה
INFINITIVUS	INFINITIVUS	INFINITIVUS	INFINITIVUS
הוּשֵׁב	הוֹשִׁיב et הוֹשֵׁב	הִוָּשֵׁב	שֶׁבֶת

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
BENONI	BENONI	BENONI	BENONI
מוּשָׁב	מוֹשִׁיב	נוֹשָׁב	יוֹשֵׁב
מוּשָׁבָה ,(ֶ ֶת)	מוֹשִׁיבָה,(ֶ ֶת)	נוֹשָׁבָה ,(ֶ ֶת)	יוֹשְׁבָה , (ֶ ֶת)
מוּשָׁבִים	מוֹשִׁיבִים	נוֹשָׁבִים	יוֹשְׁבִים
מוּשָׁבוֹת	מוֹשִׁיבוֹת	נוֹשָׁבוֹת	יוֹשְׁבוֹת
Caret pahul.	Caret pahul.	Caret pahul.	PAHUL
			יָשׁוּב
			יְשׁוּבָה
			יְשׁוּבִים
			יְשׁוּבוֹת

Annotationes.

1. Futurum *Kal* aliquando non abjicit ipsum (י) schevandum, sed tantum ejus schevà: tunc autem solet terminari in (ֵ), ut אִיבֵשׁ *arescam*, תִּיבֵשׁ *aresces*. Dicitur tamen יִבַשׁ *arescet*, pro יִיבַשׁ, (י) radicali, et servili concurrentibus in unum (י). Sic et in *Pihel*, יַבֵּשׁ *siccabit*, pro יְיַבֵּשׁ.

2. Unum verbum יָכֹל *potuit*, dici solet formare futurum *Kal* speciali modo, sic; אוּכַל, תּוּכַל etc. Sed quid prohibet dicere, illud esse futurum *Hophal?* paradigma sic exigit, et convenit significatio propria conjugationis *Hophal.*

3. *Niphal* mutat (י) dagheshandum in ו, ut הִוָּשֵׁב *inhabitari*, pro הִיָּשֵׁב. Sic etiam aliquando in *Hithpahel* (י) mutatur in ו, ut הִתְוַדָּה *confessus est*, הִתְוַדַּע *se notum fecit*, הִתְוַכַּח *disceptavit*; pro הִתְיַדָּה etc.

Quaedam verba hujus classis, in *Hiphil* non abjiciunt (י) schevandum, sed illud retinent quiescens in (ֵ), ut הֵיטִיב *benefecit*, a יָטַב; sic הֵימִין *dextravit*, הֵינִיק *lactavit*, הֵילִיל *ululavit.*

III. CLASSIS.

Defectiva duplicantia ajin.

In hac classe, *Pihel*, *Puhal*, et *Hithpahel* vel omnino non differunt a verbis perfectis, vel in hoc tantum differunt, quod, abjecto daghèsh characteristico, punctum praecedens mutent in ו immutabile. Unde in *Pihel*, pro סִבֵּב dicitur. סוֹבֵב etc.

Reliquae etiam conjngationes aliquando sunt perfectae: quando autem deficiunt, formantur ut in paradigmate sequenti, סָבַב *circuivit*, quod contracte, sive defective, dicitur סַב.

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM
הוּסַב	הֵסֵב	נָסַב	סַב
הוּסַבָּה	הֵסַבָּה	נָסַבָּה	סַבָּה
הוּסַבּוֹתָ	הֲסִבּוֹתָ	נְסַבּוֹתָ	סַבּוֹתָ
הוּסַבּוֹת	הֲסִבּוֹת	נְסַבּוֹת	סַבּוֹת
הוּסַבּוֹתִי	הֲסִבּוֹתִי	נְסַבּוֹתִי	סַבּוֹתִי
הוּסַבּוּ	הֵסַבּוּ	נָסַבּוּ	סַבּוּ
הוּסַבּוֹתֶם	הֲסִבּוֹתֶם	נְסַבּוֹתֶם	סַבּוֹתֶם
הוּסַבּוֹתֶן	הֲסִבּוֹתֶן	נְסַבּוֹתֶן	סַבּוֹתֶן
הוּסַבּוֹנוּ	הֲסִבּוֹנוּ	נְסַבּוֹנוּ	סַבּוֹנוּ

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM
אוּסַב	אָסֵב	אֶסַּב	אָסוֹב
תּוּסַב	תָּסֵב	תִּסַּב	תָּסוֹב
תּוּסַבִּי	תָּסֵבִּי	תִּסַּבִּי	תָּסוֹבִּי
יוּסַב	יָסֵב	יִסַּב	יָסוֹב
תּוּסַב	תָּסֵב	תִּסַּב	תָּסוֹב
נוּסַב	נָסֵב	נִסַּב	נָסוֹב
תּוּסַבּוּ	תָּסֵבּוּ	תִּסַּבּוּ	תָּסוֹבּוּ
יוּסַבּוּ	יָסֵבּוּ	יִסַּבּוּ	יָסוֹבּוּ
תּוּסַבֶּנָה	תְּסִבֶּינָה	תִּסַּבֶּינָה	תְּסֻבֶּינָה
	IMPERATIVUS	IMPERATIVUS	IMPERATIVUS
Caret imperativo.	הָסֵב	הִסַּב	סוֹב
	הָסֵבִּי	הִסַּבִּי	סֹבִּי
	הָסֵבּוּ	הִסַּבּוּ	סֹבּוּ
	הֲסִבֶּינָה	הִסַּבֶּנָה	סֻבֶּינָה
INFINITIVUS	INFINITIVUS	INFINITIVUS	INFINITIVUS
הוּסֵב	הָסֵב	הִסַּב et הִסּוֹב	סוֹב
BENONI	BENONI	BENONI	BENONI
מוּסָב	מֵסֵב	נָסָב	סֹבֵב
מוּסַבָּה	מְסִבָּה	נְסַבָּה	סֹבְבָה
מוּסַבִּים	מְסִבִּים	נְסַבִּים	סֹבְבִים
מוּסַבּוֹת	מְסִבּוֹת	נְסַבּוֹת	סֹבְבוֹת

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
Caret pahul.	Caret pahul.	Caret pahul.	PAHUL סָבוּב סְבוּבָה סְבוּבִים סְבוּבוֹת

Annotationes.

1. In his defectivis secunda radicis litera abjicitur. Unde ad defectum significandum infigitur daghèsh in tertia, ubicumque, aucta voce a fine, sentiri potest.

2. Ut daghèsh illud melius sentiatur in praeteritis, tertia radicis habet וֹ, ubi deberet habere schevà, hoc est, in primis, et secundis personis. Et, si fuerit punctum longum mutabile sub augmento antecedenti, (ut contingit in *Niphal* et *Hiphil*) corripitur in schevà; quia tunc removetur accentus. Quae ratio facit etiam ut punctum longum sub prima radicis mutetur in breve: quod patet ex paradigmate in pluribus locis.

3. Ad defectiva reducuntur verba, quae desinunt in ן vel ת. Abjiciunt enim illas literas ante servilem similem; et servilis duplicatur per daghèsh: ut שָׁכַנּוּ *habitavimus*, pro שָׁכַנְנוּ, a שָׁכַן *habitavit*, כָּרַתִּי *succidi*, pro כָּרַתְתִּי, a כָּרַת *succidit*.

IV. CLASSIS.

Quiescentia ajin-vau.

Haec Classis in multis convenit cum praecedente. In *Pihel*, *Puhal*, et *Hithpahel*, prima radicis habet ו immutabile, et duplicatur tertia. Sic a קוּם *surgere* (in hac enim Verborum Classe, infinitivus est radix) fit in praeterito *Pihel* קוֹמֵם, קוֹמְמָה ; קוֹמַמְתָּ, etc.; in futuro אֲקוֹמֵם, תְּקוֹמֵם etc. In *Puhal* קוֹמַם, etc. In *Hithpahel* הִתְקוֹמֵם, etc. Unde in his conjugationibus haec Classis prorsus convenit cum praecedente. Quid autem fiat in aliis conjugationibus, paradigmata sequentia verbi קָם *surrexit*, indicabunt :

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM
הוּקַם	הֵקִים	נָקוֹם	קָם
הוּקְמָה	הֵקִימָה	נָקוֹמָה	קָמָה
הוּקַמְתָּ	הֲקִימוֹתָ	נְקוּמוֹתָ	קַמְתָּ
הוּקַמְתְּ	הֲקִימוֹת	נְקוּמוֹת	קַמְתְּ
הוּקַמְתִּי	הֲקִימוֹתִי	נְקוּמוֹתִי	קַמְתִּי
הוּקְמוּ	הֵקִימוּ	נָקוֹמוּ	קָמוּ
הוּקַמְתֶּם	הֲקִימוֹתֶם	נְקוּמוֹתֶם	קַמְתֶּם
הוּקַמְתֶּן	הֲקִימוֹתֶן	נְקוּמוֹתֶן	קַמְתֶּן
הוּקַמְנוּ	הֲקִימוֹנוּ	נְקוּמוֹנוּ	קַמְנוּ

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM
אוּקַם	אָקִים	אֶקּוֹם	אָקוּם
תּוּקַם	תָּקִים	תִּקּוֹם	תָּקוּם
תּוּקְמִי	תָּקִימִי	תִּקּוֹמִי	תָּקוּמִי
יוּקַם	יָקִים	יִקּוֹם	יָקוּם
תּוּקַם	תָּקִים	תִּקּוֹם	תָּקוּם
נוּקַם	נָקִים	נִקּוֹם	נָקוּם
תּוּקְמוּ	תָּקִימוּ	תִּקּוֹמוּ	תָּקוּמוּ
יוּקְמוּ	יָקִימוּ	יִקּוֹמוּ	יָקוּמוּ
תּוּקַמְנָה	תָּקֵמְנָה	תִּקּוֹמְנָה	תָּקוּמְנָה
Caret imperativo.	IMPERATIVUS	IMPERATIVUS	IMPERATIVUS
	הָקֵם	הִקּוֹם	קוּם
	הָקִימִי	הִקּוֹמִי	קוּמִי
	הָקִימוּ	הִקּוֹמוּ	קוּמוּ
	הָקֵמְנָה	הִקּוֹמְנָה	קוּמְנָה
INFINITIVUS	INFINITIVUS	INFINITIVUS	INFINITIVUS
הוּקַם	הָקִים et הָקֵם	הִקּוֹם	קוּם et קוֹם
BENONI	BENONI	BENONI	BENONI
מוּקָם	מֵקִים	נָקוֹם	קָם
מוּקָמָה	מְקִימָה } et	נְקוֹמָה	קָמָה
מוּקָמִים	מְקִימֶת }	נְקוֹמִים	קָמִים
מוּקָמוֹת	מְקִימִים	נְקוֹמוֹת	קָמוֹת
	מְקִימוֹת		

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
Caret pahul.	Caret pahul.	Caret pahul.	PAHUL. קוּם קוּמָה קוּמִים קוּמוֹת

Annotationes.

1. In tertiis personis praeteriti *Kal*, prima radicis habet fere semper (ָ), ut in paradigmate. Aliquando tamen habet (ֵ), ut (a מוּת *mori*) מֵת , מֵתָה ,. מֵתוּ. Sed etiam tunc habet (ַ) in reliquis personis, ut מַתָּ , מַתְּ , מַתִּי, pro מֵתְתָּ , מֵתְתְּ , מֵתְתִּי. Aliquando habet וֹ in omnibus personis, ut אוֹר , אוֹרָה ; אוֹרְתָּ , אוֹרְתְּ ; אוֹרְתִּי. Et tunc tertia persona sing. masc. praeteriti *Kal* non differt ab infinitivo. Unde dicitur אוֹר *splenduit*, et אוֹר *splendere*; בּוֹשׁ *erubuit*, et בּוֹשׁ *erubescere*. Non tamen valet e converso, ut וֹ, si sit in infinitivo *Kal*, debeat etiam esse in praeterito: dicitur enim in infinitivo בּוֹא *ingredi*, sed in praeterito בָּא *ingressus est*.

2. Sicut in Classe praecedente, ita et hic in praeteritis *Niphal*, et *Hiphil*, tertia radicis habet וֹ in primis, et secundis personis, et punctum longum sub augmento antecedente corripitur in schevà. Sed simul notandum est, quod in *Niphal* alterum וֹ praecedens, euphoniae causa, mutetur in וּ; et quod *Hiphil* alio etiam modo inflectatur sine וֹ, sic הֵקִים , הֵקִימָה; הֲקִמֹתָ, etc.

3. Futurum *Kal* habet aliquando cholem pro וּ, ut יָמֹת *morietur* pro יָמוּת. Et hoc contingit praecipue in pausa.

4. Imperativus et infinitivus *Kal* saepe habent (יִ) pro וּ, ut שִׂים vel שִׁית *pone*, לָשִׂים vel לָשִׁית *ponere*. Et multa sunt, quae sic habent (יִ) constanter; aut nunc (יִ), nunc וּ. Unde verba imperfecta hujus quartae classis vocari solent *Quiescentia ajin-vau*, vel *jod*. Multi tamen omnia exempla, in quibus occurrit illud (יִ), reduci volunt ad *Hiphil*; ita ut dicatur v. g. לָשִׁית *ponere*, per syncopen, pro לְהָשִׁית; et שִׁית *pone*, per aphaeresin, pro הָשִׁית, vel potius pro הָשֵׁת. Si autem ita sit, nulla erunt *Quiescentia ajin-jod*, seu habentia (י) quiescens pro secunda radicali; nam (יִ) in *Hiphil* est adscititium, et non pertinet ad radicem. Quod vero in his Verbis imperfectis, (י) in medio quiescens, sit aliquando radicale, vel inde colligi videtur, quia in multis eorum raro, aut numquam invenitur וּ. Idemque (י) aliquando fit mobile in *Pihel*, ut קִיֵּם vel קִיֵּם *stabilivit*. Et tunc *Pihel* inflectitur more perfectorum קִיֵּם, קִיְּמָה; קִיַּמְתָּ, etc. Sic חִיֵּב *debitorem fecit*.

Facilius admittitur, dici per aphaeresin רִיבוֹתָ *contendisti*, Job. 33, 13. pro הֲרִיבוֹתָ, et בִּינוֹתִי *intellexi*, Dan. 9, 2. pro הֲבִינוֹתִי: licet haec exempla reduci possunt ad specialem anomaliam ipsius *Kal* imitantis conjugationem *Hiphil*.

5. Ubi in paradigmate infinitivus habet duplicem formam (ut in *Kal*, et *Hiphil*), posterior habet vim gerundii in *do*; et usurpatur in duplicatione verbi: ut קוֹם תָּקוּם *surgendo surges*, הָקֵם הֵקִימוּ *suscitando suscitarunt*. Et quia infinitivus sic sumptus per modum gerundii conjungitur plerumque cum suo verbo in eadem conjugatione, dum dicitur שׂוֹם תָּשִׂים *ponendo pones*, Deut. 17., 15., et שׂוֹשׂ אָשִׂישׂ *gaudendo*

gaudebo, Isa. 61., 10., videtur quod futura ista (licet non differant ab *Hiphil*) sint in *Kal* perinde ac infinitivi adjuncti.

V. CLASSIS.

Quiescentia lamed-aleph.

Regula est generalis: literā א quiescens petit quiescere in puncto longo, aut (ֶ): hoc est, petit, ut punctum longum, aut (ֶ), immediate praecedat: litera enim *quiescens* dicitur *quiescere* in puncto immediate praecedente. Debemus ergo assignare punctum, quod in his Verbis praecedit literam quiescentem א.

1. In his verbis non auctis a fine, (ָ) praecedit, ubi (ַ) deberet praecedere, ut בָּרָא *creavit*, יִבְרָא *creabit*, בְּרָא *crea*, pro בָּרַא, יִבְרַא, בְּרַא; nam ultima gutturalis, juxta dicta, facit, ut in futuro, et imperativo *Kal*, debeat esse (ַ) pro ֹ. Haec autem gutturalis א quiescens, facit ut debeat esse (ָ) pro (ַ).

2. In praeteritis auctis a fine, (ֵ) praecedit, ut נִבְרֵאתָ, נִבְרֵאתִי, נִבְרֵאת; pro נִבְרְאָתָ etc.

Excipe praeteritum *Kal*: ibi enim (ָ) praecedit, ut בָּרָאתָ *creasti*. Sed, si (ֵ) praecessit in praeterito non aucto, manet etiam in praeterito aucto, ut מָלֵא *plenus fuit*, מָלֵאתָ *plenus fuisti* etc.

3. In futuris, et imperativis femininis pluralibus, (ֶ) praecedit; unde in *Kal*, תִּמְצֶאנָה *invenictis*, vel *invenient* fem., מְצֶאנָה *invenite* fem. Et sic in reliquis conjugationibus eadem est terminatio (אֶנָה).

Haec sufficiunt pro א quiescente. Ubi autem א non quiescit, haec Verba sunt prorsus Perfecta. Sed praeter infini-

tivum ordinarium, habent alium terminatum in (ואת), ut in *Kal*, מְצֹוא et מְצוֹאת *invenire*. Et sic in aliis conjugationibus. Sed en integra paradigmata hujus Classis, praeter *Pihel*, et *Puhal*.

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM
הָמְצָא	הִמְצִיא	נִמְצָא	מָצָא
הָמְצְאָה	הִמְצִיאָה	נִמְצְאָה	מָצְאָה
הָמְצֵאתָ	הִמְצֵאתָ	נִמְצֵאתָ	מָצָאתָ
הָמְצֵאת	הִמְצֵאת	נִמְצֵאת	מָצָאת
הָמְצֵאתִי	הִמְצֵאתִי	נִמְצֵאתִי	מָצָאתִי
הָמְצְאוּ	הִמְצִיאוּ	נִמְצְאוּ	מָצְאוּ
הָמְצֵאתֶם	הִמְצֵאתֶם	נִמְצֵאתֶם	מְצָאתֶם
הָמְצֵאתֶן	הִמְצֵאתֶן	נִמְצֵאתֶן	מְצָאתֶן
הָמְצֵאנוּ	הִמְצֵאנוּ	נִמְצֵאנוּ	מָצָאנוּ
FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM
אָמְצָא	אַמְצִיא	אִמָּצֵא	אֶמְצָא
תָּמְצָא	תַּמְצִיא	תִּמָּצֵא	תִּמְצָא
תָּמְצְאִי	תַּמְצִיאִי	תִּמָּצְאִי	תִּמְצְאִי
יָמְצָא	יַמְצִיא	יִמָּצֵא	יִמְצָא
תָּמְצָא	תַּמְצִיא	תִּמָּצֵא	תִּמְצָא
נָמְצָא	נַמְצִיא	נִמָּצֵא	נִמְצָא
תָּמְצְאוּ	תַּמְצִיאוּ	תִּמָּצְאוּ	תִּמְצְאוּ
יָמְצְאוּ	יַמְצִיאוּ	יִמָּצְאוּ	יִמְצְאוּ
תָּמְצֶאנָה	תַּמְצֶאנָה	תִּמָּצֶאנָה	תִּמְצֶאנָה

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
	IMPERATIVUS	IMPERATIVUS	IMPERATIVUS
Caret imperativo.	הַמְצֵא et הַמְצִיא הַמְצִיאִי הַמְצִיאוּ הַמְצֶאנָה	הִמָּצֵא הִמָּצְאִי הִמָּצְאוּ et הִמָּצוּ הִמָּצֶאנָה	מְצָא מִצְאִי מִצְאוּ מְצֶאנָה
INFINITIVUS	INFINITIVUS	INFINITIVUS	INFINITIVUS
הָמְצֵא et הָמְצֵאת	הַמְצֵא et הַמְצִיא	הִמָּצֵא et הִמָּצֵאת	מָצוֹא et מְצוֹא et מְצוֹאת
BENONI	BENONI	BENONI	BENONI
מֻמְצָא מֻמְצָאָה מֻמְצָאִים מֻמְצָאוֹת	מַמְצִיא מַמְצִיאָה et מַמְצֵאת מַמְצִיאִים מַמְצִיאוֹת	נִמְצָא נִמְצָאָה et נִמְצֵאת נִמְצָאִים נִמְצָאוֹת	מוֹצֵא מוֹצְאָה et מוֹצֵאת מוֹצְאִים מוֹצְאוֹת
			PAHUL
Caret pahul.	Caret pahul.	Caret pahul.	מָצוּא מְצוּאָה מְצוּאִים מְצוּאוֹת

VI. CLASSIS.

Quiescentia lamed-he.

1. In his verbis non auctis a fine, per omnes conjugationes terminantur

Praeterita	in ֶה	ut in *Kal*	קָנָה *possedit.*
Futura et Participia	in ֶה		אֶקְנֶה *possidebo.* קוֹנֶה *possidens.*
Imperativa	in ֵה		קְנֵה *posside.*
Infinitivi.	in וֹה		קְנוֹת *possidere.*

Excipe Participium *pahul*, quod mutat ה in (י), ut קָנוּי *possessus.* Infinitivus, praecipue quando sumitur per modum gerundii, terminatur in (וֹה), aut (ֵה), et aliquando in (ֹה), ut רָאֹה רָאִיתִי *videndo vidi;* הַכֵּה תַכֶּה *percutiendo percuties* ; הַרְבֵּה אַרְבֶּה *multiplicando multiplicabo.*

2. Auctis his Verbis a fine, ה semper tollitur, aut mutatur.

Si augmentum incipiat a puncto vocali, ה tollitur; et praecedens litera sibi sumit punctum illud, ut קוֹנִים *possidentes,* pro קוֹנְהִים ; קָנוּ *possederunt* pro קָנְהוּ.

Excipe tertiam fem. sing. praeteritorum: ibi enim (ne, abjecto ה, non differat a tertia masc.) mutatur ה in ת, ut קָנְתָה *illa possedit*, pro קָנְהָה. Aliquando autem, tum ibi tum alibi, ה mutatur in (י) mobile, ut חָסְיָה *speravit* fem., חָסָיוּ *speraverunt*, יֶחֱסָיוּ *sperabunt.*

Si augmentum incipiat a consonante, ה mutatur in (י) quiescens, quod in praeterito *Kal* quiescit in (ִ), ut קָנִיתָ *possedisti.* In aliis autem praeteritis, licet frequenter quiescat in (ִ), frequentius quiescit in (ֵ), ut נִקְנֵיתָ *possessus es.* In futuris, et imperativis femininis pluralibus quiescit in (ֶ), ut

תִּקְנֶינָה *possidebitis*, vel *possidebunt* fem., קְנֶינָה *possidete*, חֲיֶינָה *vivite*, et sic de ceteris.

Paradigma in una conjugatione exhibitum sufficeret. Ex dictis enim patet, quomodo secunda syllaba horum Verborum uniformiter se habeat in omnibus conjugationibus: prima autem syllaba variatur, propter varias conjugationes, prorsus ut in Verbis Perfectis. Vide tamen in subjecta tabula paradigmata fere omnia verbi גָּלָה *migravit*.

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM	PRAETERITUM
הָגְלָה	הִגְלָה	נִגְלָה	גָּלָה
הָגְלְתָה	הִגְלְתָה	נִגְלְתָה	גָּלְתָה
הָגְלֵיתָ	הִגְלֵיתָ	נִגְלֵיתָ	גָּלִיתָ
הָגְלֵית	הִגְלֵית	נִגְלֵית	גָּלִית
הָגְלֵיתִי	הִגְלֵיתִי	נִגְלֵיתִי	גָּלִיתִי
הָגְלוּ	הִגְלוּ	נִגְלוּ	גָּלוּ
הָגְלֵיתֶם	הִגְלֵיתֶם	נִגְלֵיתֶם	גְּלִיתֶם
הָגְלֵיתֶן	הִגְלֵיתֶן	נִגְלֵיתֶן	גְּלִיתֶן
הָגְלֵינוּ	הִגְלֵינוּ	נִגְלֵינוּ	גָּלִינוּ
FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM
אָגְלֶה	אַגְלֶה	אֶגָּלֶה	אֶגְלֶה
תָּגְלֶה	תַּגְלֶה	תִּגָּלֶה	תִּגְלֶה
תָּגְלִי	תַּגְלִי	תִּגָּלִי	תִּגְלִי
יָגְלֶה	יַגְלֶה	יִגָּלֶה	יִגְלֶה
תָּגְלֶה	תַּגְלֶה	תִּגָּלֶה	תִּגְלֶה
נָגְלֶה	נַגְלֶה	נִגָּלֶה	נִגְלֶה

HOPHAL	HIPHIL	NIPHAL	KAL
FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM	FUTURUM
תָּגְלוּ יָגְלוּ תָּגְלֶינָה	תַּגְלוּ יַגְלוּ תַּגְלֶינָה	תִּגָּלוּ יִגָּלוּ תִּגָּלֶינָה	תִּגְלוּ יִגְלוּ תִּגְלֶינָה
Caret imperativo.	IMPERATIVUS	IMPERATIVUS	IMPERATIVUS
	הַגְלֵה הַגְלִי הַגְלוּ הַגְלֶינָה	הִגָּלֵה הִגָּלִי הִגָּלוּ הִגָּלֶינָה	גְּלֵה גְּלִי גְּלוּ גְּלֶינָה
INFINITIVUS	INFINITIVUS	INFINITIVUS	INFINITIVUS
הָגְלֵה et הָגְלוֹת	הַגְלֵה et הַגְלוֹת	הִגָּלֹה et הִגָּלוֹת	גְּלֹה et גָּלֹה גְּלוֹת et גָּלוֹת
BENONI	BENONI	BENONI	BENONI
מָגְלֶה מָגְלָה מָגְלִים מָגְלוֹת	מַגְלֶה מַגְלָה מַגְלִים מַגְלוֹת	נִגְלֶה נִגְלָה נִגְלִים נִגְלוֹת	גּוֹלֶה גּוֹלָה גּוֹלִים גּוֹלוֹת
Caret pahul.	Caret pahul.	Caret pahul.	PAHUL גָּלוּי גְּלוּיָה גְּלוּיִים גְּלוּיוֹת

Annotationes.

1. Verba terminata in הּ mappikkatum, adeoque mobile, non pertinent ad hanc classem Imperfectorum, sed sunt omnino perfecta; nisi quod unum ex illis sit defectivum *pe-nun*. Illa autem sunt haec quatuor גָּבַהּ *excelluit*, כָּמַהּ *concupivit*, נָגַהּ *splenduit*, תָּמַהּ *miratus est*. Quibus adde הִתְמַהְמַהּ *cunctatus est*.

2. Futurum *Kal* saepe, et diversimode patitur apocopen, praecipue quando adest *vau conversivum*, et accentus retrahitur ad literam *etinalem*.

Plerumque sic, וַיִּבֶן *et aedificavit* m. pro וַיִּבְנֶה.

Quandoque sic, וַתֵּרֶא *et vidit* f. pro וַתִּרְאֶה.

cum (ַ) vicario τοῦ (ָ)	וַיִּחַר	*et excanduit* m., pro וַיִּחְרֶה
	וַיִּשַׁע	*et respexit* m., pro וַיִּשְׁעֶה
	וַתֵּתַע	*et erravit* f., pro וַתִּתְעֶה
cum (ַ) orto ex (ֲ)	וַיַּעַל	*et ascendit* m., pro וַיַּעֲלֶה
	וַיַּעַן	*et respondit* m., pro וַיַּעֲנֶה
	וַיַּעַשׂ	*et fecit* m., pro וַיַּעֲשֶׂה
quandoque contracte	וַיִּשְׁבְּ	*et captivavit* m., pro וַיִּשְׁבֶּה
	וַיֵּבְךְּ	*et flevit* m., pro וַיִּבְכֶּה
	וַיֵּשְׁתְּ	*et bibit* m., pro וַיִּשְׁתֶּה

Speciale est וַיַּרְא *et vidit* m., pro וַיִּרְאֶה.

Speciali item modo in futuro *Kal* contrahuntur Verba הָיָה *fuit*, חָיָה *vixit*. Saepe enim dicitur אֱהִי, תְּהִי, יְהִי, נְהִי pro אֶהְיֶה, תִּהְיֶה, etc. Eodemque modo contrahitur futurum verbi חָיָה.

3. In reliquis futuris (exceptis *Puhal*, et *Hophal*) saepe fit apocope: sed, fere, tantum tollendo terminationem (ֶה), ut

In *Niphal*, וַיֵּרָא *et visus est*, pro וַיֵּרָאֶה.

In *Pihel*, וַיְכַס *et texit*, pro וַיְכַסֶּה.

In *Hiphil*, וַיַּעַל *et ascendere fecit*, pro וַיַּעֲלֶה; וַתַּשְׁק *et potavit* f., pro וַתַּשְׁקֶה; sic וַיַּרְא *et ostendit*, (quod semel legitur in *Hiphil*) pro וַיַּרְאֶה.

In *Hithpahel* וַיִּתְגַּל *et retexit se*, pro וַיִּתְגַּלֶּה.

4. In imperativis *Pihel*, *Hiphil*, et *Hithpahel*, eodem modo fit apocope, tollendo terminationem (ֵה), ut

In *Pihel* צַו *praecipe*, הַס *sile*, pro צַוֵּה, הַסֵּה.

In *Hiphil* הַעַל *ascendere fac*, pro הַעֲלֵה. Et ex defectivis *pe-nun* הַט *inclina*, הַךְ *percute*, pro הַטֵּה, הַכֵּה.

In *Hithpahel* הִתְחַל *finge te aegrotum*, pro הִתְחַלֵּה.

5. Futurum, et imperativus *Hiphil*, dum fit apocope, habent aliquando duplex (ֶ), ut תֶּמֶס *liquefacies* pro תַּמְסֵס; תֶּרֶב *multiplica*, pro תַּרְבֶּה. Sed, more solito, sub vel ante gutturalem mobilem, pro (ֶ) venit (ַ) vicarium.

6. Futurum *Hithpahel* in uno Verbo הִשְׁתַּחֲוָה *adoravit*, speciali modo patitur apocopen, ut וַיִּשְׁתַּחוּ *et adoravit*, pro וַיִּשְׁתַּחֲוֶה.

APPENDIX

De Verbis Compositis.

Verba *Composita* voco illa, quae utrinque sunt imperfecta, ut נָזָה *aspersus est*. Talia autem in utraque syllaba sequuntur classes, ad quas pertinent. Sic a נָזָה fit in fut. *Kal* יַזֶּה pro יִנְזֶה. Nun schevatum tollitur, et infigitur daghèsh literae sequenti: quia Verbum istud est ex defectivis *pe-nun*,

Et terminatio per (הֶ) acquiritur, quia talem exigunt Verba quiescentia *lamed-he*.

Hinc, relicta unica litera radicali, per apocopen dicitur וַיִּז et וַיִּז *et aspersus est*. In *Hiphil*, וַיַּז *et aspersit*, ubi יַז pro יַזֶּה, quod pro יַנְזֶה, ut reducatur ad formam Perfectorum. Sic a נָטָה *tetendit*, in futuro *Kal* וַיֵּט, in *Hiphil* וַיַּט. Et a נָכָה (inusitato in *Kal*) fit in fut. *Hiphil* וַיַּךְ *et percussit*. Et in imperativo *Hiphil* הַט et הַךְ.

In imperativo tamen, et infinitivo *Kal*, Verba sic utrinque imperfecta non abjiciunt primam radicis נ, aut (י). Excipe נָשָׂא *tulit*, יָצָא *exivit*, quae habent in imperativo שָׂא, צֵא, et in infinitivo, per specialem contractionem, שְׂאֵת vel שֵׂאת pro שְׂאֶת ; צֵאת pro צֵאֶת.

Huc reduc 1. Verba quaedam conflata ex variis conjugationibus. Sic יִתְפָּקְדוּ *numerarunt se*, Jud. 20., 15., conflatur ex *Kal*, et *Hithpahel*. At הָתְפָּקְדוּ *numerati sunt*, Num. 1., 47. et 2., 33., conflatur ex illis simul, et ex *Hophal*; יִרַדֹּף *persequetur*, Ps. 7., 6., conflatur ex *Kal*, et *Pihel*.

2. Verba, quae licet ad unam classem imperfectorum pertineant, ex parte tamen imitantur aliam classem. Sic בּוֹשׁ *erubescere*, in prima syllaba fut. *Kal* imitatur Verba *pe-jod*. Dicitur enim אֵבוֹשׁ, תֵּבוֹשׁ etc.

3. Verbum נָתַן *dedit*, quod utrinque deficit, inflectitur sic:

Praet. נָתַן , נָתְנָה ; נָתַתָּ , נָתַתְּ ; נָתַתִּי etc.

Fut. אֶתֵּן , תִּתֵּן etc. Imper. תֵּן. Infin. תֵּת pro תֶּנֶת, neque aliud est in hoc Verbo speciale.

4. Verba quaedam orta ex aliis, geminata una vel altera litera radicis. Sic a כּוּל , כִּלְכֵּל vel כִּלְכַּל : a פּוּר , פִּרְפֵּר : a גָּלַל , גִּלְגֵּל : a סָחַר , סְחַרְחַר : a שָׁעָה , שִׁעֲשַׁע. Sed inflectuntur regulariter ad formam *Pihel*. Sic כִּלְכֵּל , כִּלְכְּלָה ;

כִּלְכַּלְתָּ etc. Fut. אֲכַלְכֵּל, תְּכַלְכֵּל etc. Eodemque modo Verba quae, ob quatuor quas hsbent literas radicales, dicuntur *quadrata*, ut כִּרְסֵם *devastavit.*

CAPUT VI.

DE SUFFIXIS VERBORUM, ALIISQUE SUFFIXIS.

Verba (licet pro ipsorum suffixis pronomina separata sufficere possent) saepe recipiunt suffixa: habentque, praeter ea, quae ipsis et nominibus sunt communia, aliqua sibi propria; idest נִי *me*, הוּ vel נּוּ *illum*, נָּה *illam.* Multis etiam praepositionibus, et adverbiis adjunguntur suffixa. Ut ergo res tota (quantum sufficit ad propositum) breviter, et distincte explicetur, sit

I. *Restrictio difficultatis, ut paretur via ad regulas generales.*

1. *Hithpahel* non recipit *suffixa;* nec passivae conjugationes, nisi valde raro, et fere nonnisi in infinitivo. Ut בְּהִבָּרְאָם *in creari eos.* Reducitur ergo difficultas ad activas conjugationes *Kal*, *Pihel*, *et Hiphil.*

2. De *Pihel* autem, et *Hiphil*, nulla fere est difficultas. *Pihel* tantum mutat (ֵ) in (ְ); et hoc cum omnibus *suffixis. Hiphil* nil mutat, nisi in Verbis imperfectis; et in illis, cum omnibus *suffixis*, (ָ) vel (ֵ) sub augmento antecedente mutatur etiam in (ְ).

3. In *Kal* participinm recipit *suffixa* more nominum. Et in praeterito, tertia sing. masc. recipit *suffixa* ut nomen sing. דָּבָר. Prima litera ubique habet (ְ). Secunda ubique (ָ), nisi qnod cum *suffixis* כֶם, כֶן habeat (ַ). Sic etiam in

tertia sing. fem., prima litera ubique habet (:), secunda ubique (ָ), et ה mutatur in ת, ut fit in nominibus. Sed modus adjungendi *suffixa* est valde specialis, ut in tabella sequente:

מְסָרָה *illa tradidit.*

Me	*com.*	מְסָרַתְנִי	Nos	*com.*	מְסָרַתְנוּ
Te	*m.*	מְסָרַתְךָ	Vos	*m.*	מְסָרַתְכֶם
Te	*f.*	מְסָרַתֵךְ	Vos	*f.*	מְסָרַתְכֶן
Eum		מְסָרַתְהוּ	Eos		מְסָרָתַם
Eam		מְסָרַתְהָ	Eas		מְסָרָתַן

Annotationes.

1. Pro מְסָרַתְהוּ dici potest contracte מְסָרַתּוּ. Sic גְּמָלַתְהוּ Prov. 31., 12. et contracte גְּמָלַתּוּ 1. Sam. 1., 24.

2. Pro מְסָרַתְהָ (quod, quia deest exemplum Biblicum, ponitur conformiter ad מְסָרַתְהוּ) dici potest contracte מְסָרַתָּ. Hujusque formae contractae habetur exemplum in *Pihel* כִּעֲסַתָּה 1. Sam. 1., 6. Sed additur ה, ut saepe fit, post (ָ) finale: et semper subintelligitur, si non exprimatur.

3. Pro מְסָרָתַם (licet poni etiam possit מְסָרָתָם habentur exempla Biblica tum in pausa, tum extra pausam. Sed, cum מוֹ pro ם, dicitur עֲנָקַתְמוֹ *cinxit eos*, Psal. 73., 6.

II. *Regulae generales de mutatione punctorum in Verbis ob suffixa.*

1. In aliis personis praeteriti (seu in omnibus, praeter tertiam sing., de qua diximus) ob suffixum prima radicis habet (:); secunda, si prius habuit, (ָ) retinet; pro (:) autem habet (ָ).

2. Futuri terminatio ן mutatur in schevà: sed ante כֶם, כֶן, ךָ, mutatur in kamètz-chatùph.

3. In infinitivo, prima radicis habet kamètz-chatùph, secunda habet schevà. Et etiam contra, cum suff. כֶם, כֶן, ךָ.

4. Imperativus sing. masc. habet se ut infinitivus. Sing. fem. et plur. masc. nil mutant. Plur. fem. non recipit *suffixa*.

III. *Modus adjungendi suffixa Verborum.*

1. Facta mutatione jam dicta, voces quae terminantur in (וּ) aut ו immediate (seu sine alio puncto interveniente) recipiunt *suffixa*, ut מְסַרְתִּיךָ *tradidi te*, יִמְסְרוּנִי *tradent me.*

2. Talem terminationem acquirit in praeterito secunda sing. fem., assumendo (י): item secunda plur. et masc. et fem. mutando תֶּם et תֶּן in תוּ.

3. Reliquis omnibus, quae nec habent, nec acquirunt talem terminationem, *suffixa* adjunguntur ut sequitur:

ם et ן { Praeteritis et infin. per (ָ) / Futuris et imper. per (ֵ)

הוּ, et נוּ praeteritis per (ָ), reliquis per (ֵ)

נִי praeteritis per (ַ), reliquis per (ֵ)

כֶם, כֶן, ךָ, omnibus per (:); ךְ omnibus per (ֵ)

נּוּ et נָּה, quia suffiguntur per suum (ֶ) inseparabile, non suffiguntur terminatis in (וּ) aut ו. Habent etiam hoc sibi proprium, quod non suffigantur praeteritis.

IV. *Notanda specialiter.*

1. Futura, et imperativi quando (juxta dicta C. IV. p. 37.) terminantur in (ֵ); ob suffixum mutant illud (ֵ) in (ָ), ut a גְּאַל *redime*, גְּאָלֵנִי *redime me*, a fut. יִשְׁלַח *mittet*, יִשְׁלָחֵנִי *mittet me.* Infinitivus autem sic terminatus mutat (ֵ) in (:)

ut (a בִּפְתֹּחַ *in aperire*) בְּפִתְחִי *in aperire me.* Ezech. 37., 13.

2. Quiescentia *lamed-he*, dum recipiunt suffixum, abjiciunt ה, ut יִקְנֵנִי, pro יִקְנֶהֵנִי *possidebit me.* Unde in praeterito fit retrogradatio punctorum, et excluditur schevà, quod alioquin esset sub prima radicis, ut קָנָנִי pro קְנָהָנִי *possedit me.*

V. *Adverbiorum et praepositionum compositio cum suffixis.*

Voces, quae separatim stare possunt, raro (nisi in nominibus propriis), aliquando tamen in unam vocem coëunt, ut צַלְמָוֶת (ex צֵל et מָוֶת) *umbra mortis;* פַּלְמֹנִי (ex פְּלֹנִי et אַלְמֹנִי) individuum, cujus nomen celatur, seu non nominatur; N. N., *ὁ δεῖνα, unus, quidam;* הַלְלוּיָהּ *laudate dominum.*

Ex meris autem praefixis et suffixis plures voces componuntur, ut בִּי *in me*, בְּךָ *in te*, לִי *mihi*, לְךָ *tibi* etc. Sed et plura aliquando coacervantur praefixa, ut בְּשֶׁלְּמִי *in quo cui*, seu *propter quem;* בְּשֶׁלִּי *propter me.*

Frequentissime vero cum aliis vocibus in compositionem veniunt tum praefixa, tum suffixa. De praefixis diximus Cap. II. De suffixis nominum, ibidem, et toto fere Cap. III. De suffixis verborum, in hoc Cap. VI. Nunc ergo, quia adverbia, et praepositiones recipiunt eadem suffixa, et eodem fere modo, quo verba et nomina; sufficiet, si in exemplis breviter modum illum explicemus.

Adverbia.

הֵן vel הִנֵּה *ecce*, הִנְנִי vel הִנֵּנִי *ecce ego.*
הִנְּךָ *ecce tu*, הִנּוֹ vel הִנֵּהוּ *ecce ille* etc.
אֵין *non*, אֵינֶנִּי *non ego*, אֵינְךָ *non tu.*

אֵינֶנּוּ *non ille*, sic אֵינֶנּוּ, אֵינְכֶם, אֵינָם, etc.

עוֹד *adhuc*, עוֹדִי vel עוֹדֶנִּי, עוֹדְךָ, עוֹדֶנּוּ etc.

כְּמוֹ *sicut*, כָּמוֹנִי, כָּמוֹךָ, כָּמוֹהוּ. Sed cum suffixis constructis בְּמוֹכֶם etc. In ista voce כְּמוֹ, syllaba מוֹ est mere sustentaculum praefixi. Sic dicitur בְּמוֹ *in*, et לְמוֹ *ad*. His autem nulla adjunguntur suffixa.

Huc reduci potest verbum substantivum indeclinabile יֵשׁ, unde fit יֶשְׁךָ *tu es*, יֶשְׁכֶם *vos estis*, et (cum suffixo speciali) יֶשְׁנוֹ *ipse est*.

Praepositiones.

עִם *cum*, עִמִּי, עִמְּךָ, עִמָּךְ, עִמּוֹ, עִמָּהּ; עִמָּנוּ, עִמָּכֶם, עִמָּם, עִמָּהֶן, עִמָּכֶן.

אֵת *cum*, אִתִּי, אִתְּךָ etc., ut עִם.

עִמָּדִי *mecum*, non invenitur nisi cum hoc suffixo.

אֵצֶל *apud*, אֶצְלִי etc.

נֶגֶד *coram*, נֶגְדִּי etc.

לְמַעַן, בַּעֲבוּר, בִּגְלַל, *propter*; לְמַעֲנִי, לְמַעַנְךָ etc.

Quaedam praepositiones recipiunt suffixa more nominum pluralium. Sic:

אַחֲרֵי *post*, אַחֲרַי, אַחֲרֶיךָ, אַחֲרָיו etc.

תַּחַת *sub*, vel *pro*, תַּחְתַּי, תַּחְתֶּיךָ, תַּחְתָּיו etc. legitur tamen תַּחְתֵּנִי et תַּחְתָּם.

בֵּין *inter*, בֵּינִי, בֵּינְךָ vel בֵּינֶיךָ, בֵּינוֹ vel בֵּינָיו, בֵּינֵינוּ vel בֵּינוֹתֵינוּ, בֵּינֵיכֶם, בֵּינֵיהֶם vel בֵּינוֹתָם.

אֶל *ad*, et עַל *super*, recipiunt suffixa more nominum pluralium: et simul, cum suffixis absolutis, mutant puncta sua brevia in longa similia, ut אֵלַי, אֵלֶיךָ etc. עָלַי, עָלֶיךָ etc. cum constructis autem, mutant sua brevia in brevissimum (ֲ) ut אֲלֵיכֶם etc. עֲלֵיכֶם etc.

Sic עַד *usque*, *ad*. Unde עָדַי, עָדֶיךָ etc. עֲדֵיכֶם etc. Sed a בְּעַד *pro*, fit בַּעֲדִי, בַּעַדְךָ, בַּעֲדוֹ etc.

VI. *De literis paragogicis.*

Ad suffixa reducuntur literae paragogicae, quae, dum adduntur, vocis significationem non mutant. Tales literae numerantur quinque; idest, quatuor *quiescentes*, et *nun*; ex quibus ortae sunt, ut vidimus, quinque e sex classibus verborum imperfectorum.

1. א paragogicum invenitur aliquando in verbis terminatis in ו, ut הָהָלְכוּא *qui iverant*, Jos. 10., 24.

2. ו paragogicum habetur in voce חַיְתוֹ (pro חַיַּת) Gen. 1., 25. et in paucis aliis. Dici quidem potest, esse ו paragogicum in לָמוֹ (quasi pro לָם ex לָהֶם, sicut בָּם ex בָּהֶם), item in פִּרְיָמוֹ *fructus eorum*, כִּסָּמוֹ *operuit eos*, הוֹרִידֵמוֹ *dejice eos*, הַדִּיחֵמוֹ *depelle eos* etc., quia, sublato ו, manet significatio integra. At rectius dicitur illud ו pertinere ad suffixum מוֹ, quod in libris metricis frequens est, non tantum pro ם, sed et pro הֶם, et semper facit vocem *milhel*: ut פִּימוֹ *os eorum*, שִׁנֵּימוֹ *dentes eorum*, אֵלֵימוֹ *ad eos*, עָלֵימוֹ *super eos*.

3. (י) paragogicum est in fine vocis מוֹשִׁיבִי *habitare faciens*. Et plura exempla habentur in Psalm. 103. et 113.

4. ן paragogicum frequens est, praesertim in futuris plur., ut יִשְׁמְעוּן, vel cum (־) יִשְׁמָעוּן *audient*. Accentum (quando eum invenit in penultima), trahit ad ultimam: et inde fit, ut punctum longum sub augmento antecedente corripiatur in schevà, ut יְשׁוּבוּן Psalm. 104., 29. pro יָשׁוּבוּ *redibunt*.

Suffixum aliquando jungitur post נ paragogicum, et tunc נ illud vocatur *epentheticum*, seu interpositivum; ut יְשַׁבְּחוּנְךָ Psalm. 63., 4. pro יְשַׁבְּחוּךָ *laudabunt te*. Porro נ epenthe-

ticum alibi etiam invenitur, ubi נ paragogicum locum non habet; ut יְבָרֲכֶנְהוּ *benedicet ei*. Psalm. 72., 26. Et speciale suffixum נוֹ (de quo supra pag. 66.) conflatur ex communi וֹ et נ epenthetico.

5. ה paragogicum frequens est in futuris, imperativis, et infinitivis. Ut אֶשְׁמְרָה *custodiam*, שָׁמְרָה *custodi*, לְמָשְׁחָה *ungere*, pro אֶשְׁמוֹר etc., mutatis punctis ut propter suffixa.

Suffixum aliquando jungitur infinitivo post ה paragogicum mutatum in ת, ut בְּקָרְבָתָם pro בְּקָרְבָם *in appropinquare eos*, Exod. 40., 32. כְּשָׁמְעָתוֹ pro כְּשָׁמְעוֹ *secundum audire ipsum*, Isa. 30., 19. Sic Gen. 29., 20. בְּאַהֲבָתוֹ אֹתָהּ *in amare ipsum eam*. Sed infinitivus hic venit ex terminatione (ֹ), utque plene explicetur, recurrendum est ad superius dicta.

VII. *De* ה *locali.*

Litera ה saepe additur in fine nominum, et quorumdam adverbiorum loci: ibi autem raro est pure paragogica; sed respectu ad locum significat *ad*, *in*, *versus*; unde vocatur ה *locale*. Relinquendo accentum in sede pristina, facit ut vox maneat, vel fiat *milhel*. Sic אֶרֶץ *terra*, cum ה *locali*, אַרְצָה *ad terram*, vel *terram versus*; יָם *mare*, יָמָּה *ad mare*; שָׁמַיִם *caelum*, שָׁמַיְמָה *in caelum*, vel *caelum versus*; שָׁם *ibi*, שָׁמָּה *illuc*.

Aliquando tamen in nominibus invenitur ה pure paragogicum. Sic ex לַיִל, חֶרֶס, נַחַל, מָוֶת fiunt, cum ה paragogico, לַיְלָה *nox*, חַרְסָה *sol*, נַחְלָה *torrens*, מוֹתָה *mors*; et sunt, ut ante, masculina.

Aliquando etiam femininis superadditur ה in fine, mutata priore terminatione (הָ) in (תָ). Tunc autem censetur adaugere significationem. Sic יְשׁוּעָה *salus*, cum ה supradicto, fit יְשׁוּעָתָה *magna*, *geminata*, aut *plena salus*.

Nota. Illud ה additifium in nominibus, sive sit, ut plerumque est, *locale*; sive sit pure *paragogicum*, ut in quibusdam masculinis; sive *adaugens*, ut in quibusdam femininis; per accentum in penultima facile distinguitur a pura, vera, et propria terminatione feminina (הָ) quae accentum postulat in ultima.

APPENDIX SUPPLEMENTITIA.

1. Literae quiescentes saepe inter se commutantur, et aliquando omittuntur. Puncta etiam, praeter legitimas, varias subinde mutationes admittunt.

Hinc invenitur aliquando punctum breve, et daghèsh, pro longo; sicut et longum, pro brevi, et daghèsh, etiam ubi nulla est necessitas excludendi daghèsh.

Saepius kamètz-chatùph pro (ֻ), et contra. Etiam (ֻ) pro וּ, praesertim ante aliud וּ, ut יָקֻמוּ pro יָקוּמוּ *surgent*. Et in quibusdam editionibus (ֳ) pro (ָ) brevi; sed fit propter imperitos, ut distinguant a (ָ) longo.

Aliquando (ָ) pro (ַ), ut מְנָת pro מְנַת (in regimine) ex מָנָה *pars*. Item (ְ) pro (ָ), ut שְׁאִלְתִּי pro שָׁאַלְתִּי *petii*. Et (ֶ) pro (ַ), ut שְׁאֶלְתֶּם pro שְׁאַלְתֶּם *petiistis*.

Aliquando (ִי) pro (ֵ), ut תּוֹמִיךְ pro תּוֹמֵךְ *sustentans*. Et (ֶ) pro (ֵ) ut דִּבֶּר pro דִּבֵּר *locutus est*. Saepe autem (ַ) pro (ֵ), praesertim ante gutturales, et ר. En exempla: אִבַּד *perdidit*, שִׁבַּר *confregit*, שִׁלַּח *dimisit*, יַצְמַח *germinare faciet*, יֵדַע *cognoscet*. In quibus et similibus est (ַ) pro (ֵ). At in וַיֵּדַע et similibus *milhel*, est (ַ) *vicarium* τοῦ saegòl; cum, ob accentum retractum, (ֶ) deberet esse pro (ֵ), juxta dicta Cap. II. Pag. 15.

2. Quod literis gutturalibus proprie debetur, aliis praeser-

tim geminatis et ר, aliquando datur habere (ֲ) pro schevà simplici. Ut וּזֲהַב pro וּזְהַב (in regimine) ex זָהָב *aurum*, צָלֲלוּ *demersi sunt*, וְהִתְבָּרֲכוּ *et benedicentur*. Geminatae etiam aliquando excludunt daghèsh characteristicum, ut in הַלְלוּ *laudate*, in conjug. *Pihel.* Imo literae schevatae, licet non geminentur, saepe exclndunt daghèsh, ut הַלְוִיִּם *levitae*, בִּקְשׁוּ *quaesierunt.* Sed si daghèsh exclusum sit characteristicum, vox legenda est non aliter, quam si adesset daghèsh. Unde lege הַלְלוּ *hallelù*, בִּקְשׁוּ *bikkeshù.*

3. Pro daghèsh leni, brevem regulam dedi Cap. I. Nunc autem, ut compleatur ista regula, explicandae suut tricae, quibus lectorem tunc detinere nolui; cum illarum notitia non requiratur ad rationem legendi, sed tantum ad accuratiorem punctationem literarum בְּגַד כְּפַת.

Initio vocis, literae istae licet neque sint initio sententiae, nec veniant immediate post schevà mutum, habent aliquando daghèsh lene. Sed (quia nulla certa lege sic fit, et Codices variant) potest, salva orthographia, omitti.

In fine vocis aliquando habent daghèsh lene post (ַ). Sed tunc illud (ַ) stat pro schevà muto. Sic dicitur שָׁמַעַתְּ pro שָׁמַעְתְּ *audisti* fem. Gutturalis, pro schevà, accipit (ֲ) quod, ante aliud schevà, amittit suum (:), unde sub gutturali manet nudum (ַ) pro schevà: וַיִּחַדְּ *et laetatus est*, Exod. 18., 9. pro וַיִּחַדְ, quod pro וַיִּחְדֶּה.

In medio vocis non habent daghèsh lene, nisi veniant post schevà mutum. Sed neque tunc habent, si schevà illud sit primitivum, ut in לִגְבוּל *ad terminum*; aut si oriatur ex puncto longo, ut כִּדְבָרִי *secundum verbum meum*, בִּלְבַבְכֶם *in corde vestro*, עִבְדוּ *servite;* ex דָּבָר, לֵבָב, עֲבוֹד. Sic עַבְדֵיכֶם *servi vestri*, ex עֲבָדִים. Praeterea quaedam nomina, מַלְכוּת

regnum, עַבְדוּת *servitus*, יַלְדוּת *juventus*, et suffixa כֶם כֶן constanter respnunt illud daghèsh.

Maximam anomaliam habet vox שְׁתַּיִם *duae* (quasi pro שְׁנְתַּיִם) a שָׁנָה *iteravit*, unde et שְׁנַיִם *duo*.

4. Daghèsh forte ponitur aliquando initio vocis, ut מַה־טּוֹב *quam bonum*: et tunc legi debet vox illa per modum unins cum praecedente. Hinc invenitur מַזֶּה, pro מַה־זֶּה, *quid hoc?* מַלָּכֶם, pro מַה־לָּכֶם, *quid vobis?*

5. Accentus saepe retrahitur, ne immediate concurrat cum accentu in voce sequente. Ut בֹּנֶה עִיר *aedificans civitatem*, קָרָא לַיְלָה *vocavit noctem*, יָלַד שָׁקֶר *peperit mendacium*. pro בּוֹנֶה, קָרָא, יָלַד.

6. Quoad syntaxin, (de qua vide C. VIII.) hebraei easdem concordantias habent quas latini. Sed maxima irregularitas est in nnmeris cardinalibus. Illi enim, a 3. ad 10. in masculino genere, habent terminationem femininam, et contra. Item in singulari numero habent adjuncta substantiva pluralia; et in plurali, singularia. Reliqua usus melius docebit.

7. Quoad poeticam, optimnm erit, eodem prorsns modo procedere, quo in linguis vulgaribus. Carmina enim hebraica hoc modo fiunt facilius; et facta, sunt suaviora, quam si, juxta aliorum praecepta, major fuisset labor impensus.

CAPUT VII.

DE VOCE INDECLINABILI.

Vox indeclinabilis est quae genere et numero flecti non potest; estque vel *adverbium*, aut *praepositio*, vel *conjunctio*, aut *interjectio*.

I. *De Adverbio.*

Adverbium est vox indeclinabilis, quae alii voci adjungitur ad explicandam circumstantiam, vel qualitatem aliquam, veluti

ubi ?	אֵי , אַיֵּה	*nudius tertius*	שִׁלְשׁוֹם
hic	פֹּה , הֲלֹום	*ante*	לְפָנִים
ibi	שָׁם	*jampridem*	כְּבָר
foris	חוּץ , מִחוּץ	*antequam*	טֶרֶם
intus	מִבַּיִת	*post*	אַחַר
latenter	בַּלָּט	*quare ?*	לָמָּה
supra	מַעְלָה		מַדּוּעַ
infra	מַטָּה	*annon ?*	הֲלֹא
ante	פָּנִים	*sic, ita*	כֵּן , כֹּה
retro	אָחוֹר	*certe*	אָכֵן , אָמְנָם
simul	יַחְדָּו , יַחַד	*non*	לֹא
seorsim	לְבַד	*non*	בְּלִי , בִּלְתִּי
unde ?	מֵאַיִן		אֵין , אַיִן
quo ?	אָן , אָנָה	*forte*	אוּלַי
huc et illuc	הֵנָּה	*ne*	אַל
	וָהֵנָּה	*ne forte*	פֶּן
quando ?	מָתַי	*hac vice*	זֹאת הַפַּעַם
jugiter	תָּמִיד	*semel*	אַחַת
die	יוֹמָם	*secundo*	שֵׁנִית
et nocte	וָלַיְלָה	*quoties ?*	כַּמֶּה
nunc	עַתָּה	*parum*	מְעַט
tunc	אָז , אֲזַי	*plus*	יוֹתֵר
hodie	הַיּוֹם	*multum*	רַב , הַרְבֵּה
cras	מָחָר	*valde*	מְאֹד
heri	תְּמוֹל , אֶתְמוֹל	*maxime*	בִּמְאֹד מְאֹד

quomodo	אֵיךְ	*vane*	שָׁוְא
	אֵיכָה	*vacue*	רֵיקָם
sic, taliter	כָּכָה	*gratis*	חִנָּם
bene	טוֹב , הֵיטֵב	*leniter*	לְאַט
male	רַע	*paulatim*	מְעַט מְעַט
cito	מַהֵר מְהֵרָה	*judaice*	יְהוּדִית
repente	פִּתְאֹם	*syriace*	אֲרָמִית
	פֶּתַע	etc. ad eumdem modum.	

II. *De praepositione.*

Praepositio est vox indeclinabilis, verbo nomen, tanquam terminum vel causam motus aut quietis, adjungens, sic:

sine	בְּלֹא , בְּלִי	*contra, e regione*	לְעֻמַּת
praeter	בִּלְעֲדֵי		מוּל
	זוּלַת		מִמּוּל
	מִלְּבַד		נֹכַח
ultra	הָלְאָה		לְנֹכַח
secundum	לְפִי	*a, ex, prae*	מִן
coram	לִפְנֵי	*trans*	עֵבֶר

reliquas praepositiones vide supra Cap. VI. Pag. 66.

III. *De conjunctione.*

Conjunctio est vox indeclinabilis, quae multiplices orationis partes conjungit, sic

etiam	אַף , גַּם	*itane, cur*, Gen. 3, 1.	אַף־כִּי
aut	אוֹ	*quanto magis* Prov. 11,31.	
si, an?	אִם	*quanto minus* 1. Reg. 8,27.	
quia, quod si	כִּי	*forte*	לוּ
sed, quod si	כִּי־אִם	*nisi*	לוּלֵא

tantum	רַק ، אַךְ	*quia, eo quod*	יַעַן
verum	אַךְ		יַעַן אֲשֶׁר
	אֲבָל		יַעַן כִּי
certe	אוּלָם		עֵקֶב
eo quod etiam	בְּשַׁגַּם		עֵקֶב אֲשֶׁר
itaque	עַל־כֵּן		עֵקֶב כִּי
	לָכֵן		

IV. *De interjectione.*

Interjectio est vox indeclinabilis, quae per se in oratione posita animi affectum cum singulari commotione indicat, ut

Oh, vae, heu	הוֹי	*eja, age*	הָבָה
vae	אוֹי ، אִי	*utinam, quaeso*	לוּ
heu	אוֹי אוֹיָה	*utinam*	אַחֲלַי ، אַחֲלֵי
ah	אֲהָהּ ، הָהּ ، אָח	*quaeso*	אָנָּא ، אָנָּה
euge, vah	הֶאָח		נָא בִּי
absit	חָלִילָה	*amen*	אָמֵן

CAPUT VIII. (1)

DE INVESTIGATIONE RADICIS, SIVE THEMATIS, ET USU DICTIONARII.

Dictionaria hebraeorum non continent ordine alphabetico nomina, et verba, ac ceteras dictiones omnes, sed solum Themata, sive Radices, quibus subjiciunt eas omnes voces, quae ab illis derivantur. Ut igitur, quocumque vocabulo oblato, radicem ejus investigare possimus, primum mandanda est memoriae divisio literarum in undecim *Radicales* et undecim *Serviles*,

(1) Doctrinam hujus et sequentis Capitis, in praesenti editione, Tyronum commodo, additam, ex Grammatica V. R. Bellarmini S. R. E. Cardinalis mutuati sumus.

quam jam tradidimus. Deinde sciendum est, ex undecim Servilibus quatuor esse, quae etsi initio dictionis aliquando serviant, tamen in medio ac fine semper sunt de themate, videlicet שָׁאֲבָל. Item alias quatnor in principio et fine dictionis non raro servire, in medio autem semper ad radicem pertinere, videlicet מְנֻכָּה. Denique reliquas tres תָּוָי ubique Radicales et Serviles esse posse. Quibus observatis, oblata voce, cujus radicem quaerimus, initio removendae sunt omnes literae serviles, et si quidem remanent literae tres Radicales, eae sine dubio Radicem efficiunt; quod si, Servilibus remotis, non remanent tres literae radicales, videndum est, num ex servilibus ejusdem vocis aliquae sint de numero earum, quae sunt semper de Themate; si vero ne hoc quidem modo invenietur Thema, expendendum erit, num fortasse reliquae literae dictionis ejusdem, quae ex se Radicales et Serviles esse possunt, in ea dictione sint Radicales. Si denique constet, eas non esse ullo modo radicales, manifestum erit vocem ex Imperfectis esse, hoc est ex Quiescentibus vel Defectivis; et idcirco praeponendum erit initio נ, aut (י); vel inserendum in medio ו, aut (י); vel ad finem addendum ה, aut ו; aut certe secunda litera duplicanda.

CAPUT IX.

DE SYNTAXI.

Quoniam ea quae ad constructionem pertinent, sunt fere omnia hebraicae linguae cum ceteris communia, et usu ac lectione Scripturarum facile percipi possunt, rem totam paucis complectemur; ac explicabimus constructionem primum nominis cum verbo, deinde adjectivi cum substantivo, tum substantivi cum substantivo, postremo relativi cum antecedente.

1. Nomen et verbum in genere, numero et persona convenire debent, ut Gen. 1, 2. וְהָאָרֶץ הָיְתָה, *et terra erat*; יְהִי אוֹר, *erit lumen*. Hoc tamen non ubique servatur: saepe enim nomen generis masculini jungitur verbo generis feminini, ut 2. Reg. 13, 37. וַתְּכַל דָּוִד, *et cessavit David*; et contra, ut 1. Reg. 25, 27. הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ, *attulit ancilla tua.* Sed in his et similibus videtur intelligendum aliquod verbum commodum, ut *cessavit David*, id est *anima Davidis*; *attulit ancilla tua*, id est *servus praemissus nomine meo*, *quae sum ancilla tua*; vel certe Scriptura magis ad rem significatam respicit, quam ad vocem significantem, ut Cant. 2, 7. הִשְׁבַּעְתִּי אֶתְכֶם בְּנוֹת יְרוּשָׁלַם אִם תָּעִירוּ וְאִם תְּעוֹרְרוּ אֶת־הָאַהֲבָה et Eccl. 1, 2. אָמַר קוֹהֶלֶת.

2. Quod diximus de genere, etiam de numero dici potest. Invenitur enim saepe nomen numeri singularis cum verbo numeri pluralis, ut Hag. 2, 8. וּבָאוּ חֶמְדַּת גּוֹיִם, *et venient desiderium gentium*; et contra, ut Gen. 1, 14. יְהִי מְאוֹרֹת, *sit luminaria*: solet autem hoc fieri praeter communem regulam, quando nomen singularis numeri regit nomen numeri pluralis, vel contra: tunc enim verbum convenit in numero cum posteriore nomine, etiamsi in obliquo sit, ut Job. 15, 20. נִצְפְּנוּ מִסְפַּר שָׁנִים, *numerus annorum reconditi sunt*; Eccl. 10, 1. זְבוּבֵי מָוֶת, יַבְאִישׁ יַבִּיעַ שָׁמֶן *muscae mortis perdit suavitatem unguenti.*

3. Solet etiam id fieri, quando nomen pluralis numeri distributive exponi potest, ut Gen. 49, 22. בָּנוֹת צָעֲדָה, *filiae discurrit*, id est *unaquaeque filiarum discurrit*.

4. Interdum quoque id fit, cum nomen plurale rem singularem significat, ut Exodi 21, 4. אִם אֲדֹנָיו יִתֶּן, *si domini ejus dederit*, id est *si dominus ejus dederit*; accipitur enim passim nomen אֲדוֹנִים, pro אָדוֹן.

5. Ad mysterium denique Trinitatis insinuandum, ut Gen. 1, 1. בָּרָא אֱלֹהִים, *creavit Dii*, id est *Deus in personis trinus creavit.*

6. Est etiam observandum, saepe apud hebraeos desiderari verbum substantivum, ut Ps. 34, 8. רְאוּ כִּי טוֹב יְהוָֹה, *videte quia bonus est Dominus.*

7. Item non raro usurpari tertiam personam verbi activi in passiva significatione, ut Gen. 16, 14. עַל־כֵּן קָרָא לִבְאֵר בְּאֵר לַחַי רֹאִי, *propterea vocatum est putei*, id est, *putei nomen, puteus viventis et videntis.*

8. Adjectivum et substantivum in genere, numero, et casu plerumque consentiunt, ut Cant. 4, 1. יָפָה רַעְיָתִי, *pulchra amica mea.* Cant. 5, 10. דּוֹדִי צַח, *dilectus meus candidus.* Interdum tamen, sed raro, invenitur adjectivum generis masculini cum substantivo generis feminini, ut Exod. 11, 6. כָּמֹוהוּ צְעָקָה, *sicut ipse acclamatio.*

9. Aliquando etism adjectivum numeri singularis cum substantivo numeri pluralis, ut Esa. 19, 4. אֲדוֹנִים קָשֶׁה *dominorum duri*, id est, *durorum.* Quando autem adjectivum cum substantivo non concordat in casu, sed adjectivum in nominativo, substantivum in genitivo est, exponi debet adjectivum per superlativum vel comparativum, ut 1. Reg. 21, 7. אַדִּיר הָרוֹעִים, *potentissimus pastorum.* Esa. 29, 11. חַכְמֵי יוֹעֲצֵי *sapientissimi consiliariorum*, vel, *sapientiores consiliariorum.*

10. Adjectiva quoque, quae apud latinos ablativum regunt, apud hebraeos regunt genitivum, ut Joël. 2, 5. עֲרוּךְ מִלְחָמָה, *instructus praelii*, id est *praelio.* Ps. 24, 4. נְקִי כַפַּיִם וּבַר לֵבָב, *mundus manuum, et mundus cordis*, id est, *mundus manibus et corde.*

11. Substantivum quando jungitur substantivo, fere unum nominativi, alterum genitivi est casus, ut Eccl. 1, 1. דִּבְרֵי קֹהֶלֶת בֶּן־דָּוִד *verba Ecclesiastae filii Davidis.*

12. Solet etiam substantivum habere formam regiminis genitivi, etiam non sequente genitivo, sed literis servilibus שׁבלם, ut Ecclesiastae 11, 4. מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל, *locus quo cadet*, 2. Reg. 1, 21. הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ, *montes in Gelboe*. Job. 18, 2. קִנְצֵי לְמִלִּין, *fines sermonibus*, Ezech. 13, 2. נְבִיאֵי מִלִּבָּם *prophetae ex corde suo*. Idem jndicinm de particulis his literis significatione respondentibns, ut אֵת, אֲשֶׁר et similibus. Porro frequentissime apud hebraeos genitivus nominis substantivi feminini ponitur pro adjectivo, ut Exodi 3, 5. אַדְמַת־קֹדֶשׁ, *terra sanctitatis*, idest *terra sancta.*

13. Relativum et antecedens apnd hebraeos non possunt non convenire; cum אֲשֶׁר, quod est relativum, sit utriusque generis et numeri, nec per casus declinetur. Est autem diligenter notandnm, relativum interdum omitti, ac subintelligi: sicut etiam aliquando omittitur ac subintelligitur antecedens: interdum autem subjungi relativo pronomen, quod apud graecos et latinos supervacaneum videretur. Exempla Job. 19, 19. וְזֶה אָהַבְתִּי נֶהְפְּכוּ־בִי, *et hi*, (*quos* subintellige) *diligebam*, *versi sunt in me*, Gen. 44, 1. וַיְצַו אֶת־אֲשֶׁר עַל־בֵּיתוֹ, *et praecepit* (*ei* subintellige) *qui super domum suam praepositus erat.* Gen 1, 11. אֲשֶׁר־זַרְעוֹ־בוֹ *cujus semen ejus in ipso sit.*

ANALYSIS

PSALMI XXXIV.

1.

semper: tempore omni in Dominum Benedicam

אֲבָרְכָה אֶת־יְהוָה בְּכָל־עֵת תָּמִיד

meo ore in ejus laus

תְּהִלָּתוֹ בְּפִי׃

אֲבָרְכָה 1 persona futuri *Pihel*, Radix בָּרַךְ *benedixit.* Unde deberet esse אֲבַרֵּךְ cum daghèsh in media radicis. Sed quia ר non capit daghèsh, fit compensatio, mutando praecedens (ַ) in (ָ). Illud ה in fine est litera paragogica habens se per modum suffixi. Et ideo (ֵ) sub ר mutatur in (ְ): Lineola inter (ָ) et (ְ) est *maethaeg*, distingnens illud (ָ) a kamètz-chatùph.

אֶת־ Est signum accusativi casus. Habet (ֶ) pro (ֵ) propter makkàph.

יְהוָה Nomen Dei, dictum *Tetragrammaton*, significans *ipsum esse*. R. הָוָה *fuit.* Est vere ineffabile, quia vera illius pronunciatio ignoratur. Cum enim Judaei, ob reverentiam, a nomine illo pronunciando diu abstinuissent, factum est tandem, ut nemo sciret, quomodo pronunciandum esset. Loco autem illius legerunt aliud Dei nomen אדוני: et, punctis postea inventis, huic nomini יהוה apposuerunt puncta nominis אֲדוֹנָי. Sub prima tamen litera (י) posuerunt (ְ), quia prima litera alterius nominis deberet etiam habere (ְ); sed, quia est gutturalis, pro (ְ) habet (ֲ).

Imperite ergo errant quidam neoterici, qui, videntes ista

puncta apposita, et ignorantes causam apponendi, legunt *Jehova*, nomen antiquis inauditum. Si per conjecturam determinanda esset vera nominis lectio, יִהְיֶה legendum esse dicerem. Fundata est conjectura in eo, quod alia nomina propria hujus formae coincidant cum tertia persona singulari fut. *Kal*. Et Deus ipse, Exod. 3., 14., nomen suum ponit אֶהְיֶה, quod est prima persona fut. *Kal* a verbo הָיָה *fuit*.

Quod autem legendum sit *Adonai* potius quam *Jehova*, variis confirmari potest argumentis. 1. Quia quando illud nomen concurrit cum אֲדֹנָי, habet puncta alterius nominis אֱלֹהִים. Sic אֲדֹנָי יֱהֹוִה, ut scilicet non legatur *Adonai Adonai*, sed *Adonai Elohim*. Qui legunt *Jehova*, deberent in hoc casu legere *Jehovi*: quod tamen perabsurdum esset; cum constet, puncta illa non esse propria istius nominis, sed aliena: tum quia non applicantur isti nomini, nisi in dicto casu concurrentiae: tum quia nec literae (י) competit habere (ֱ), nec literae ה quiescere in chirek. Literae serviles וכלב praefiguntur per (ַ), sicut debent praefigi nomini אֲדֹנָי; cum tamen, si legendum esset *Jehova*, praefigerentur per chirek. Item litera מ, quae solet praefigi per chirek, sequente daghèsh, hic praefigitur per (ֵ), quia gutturalis in voce אֲדֹנָי hoc exigit. 3. Post nomen יְהֹוָה, literae בְּגַד כְּפַת habent daghèsh lene: quod non fieret, nisi legendum esset אֲדֹנָי potius quam *Jehova*. Ibi enim sub ultima litera (י) utpote mobili, intelligitur schevà mutum, ratione cujus habetur illud daghèsh. Hic autem sub ultima litera ה, utpote quiescente, schevà mutum non intelligitur.

Jam ergo, quia loco nominis יְהֹוָה substituitur nomen אֲדֹנָי, etiam hujus danda est explicatio. R. est אדן inusitata. Inde אֶדֶן *basis*, et אָדוֹן *Dominus*. Cum suffixo, אֲדֹנָי *Dominus meus*.

Illud (ֵ) in penultima deberet mutari in (ְ); sed א, quia est gutturalis, habet (ֲ) pro (ְ). Porro, de persona excellenti, dicitur in plurali אֲדֹנָי *domini mei*; et, de Deo, אֲדֹנָי cum (ָ) pro (ַ), distinctionis causa. Hoc tamen nomen, licet vere sit nomen plurale cum suffixo, sumitur tanquam purum nomen singulare, et latine redditur *Dominus*.

בְּכָל־ Litera ב significat *in*, habetque (ְ), ut solet. Habet etiam daghèsh lene, quia venit post schevà mutum, ut modo explicatum est in argumento tertio. Quoad alteram partem vocis, radix est כָּלַל *perfecit*, et inde nomen כֹּל *omnis*. Sed hoc loco, pro cholem, habet kamèts-chatùph propter makkàph. Quod autem ibi sit kamètz-chatùph potius quam kamètz, colligitur per regulam traditam. Praeterea כ, hoc loco, cum nec sit in initio sententiae, nec veniat post schevà mutum, non habet daghèsh. Quando autem כֹּל absolute ponitur, seu extra contextum hebraeum, prima litera habet daghèsh; quia tunc censetur esse in principio sententiae. Idemque dicendum de omni voce, quae incipit ab aliqua e literis בְּגַדְ כְּפַת.

עֵת Nomen est ortum a verbo, vix usitato, עָתַת. Accentus distinctivus *athnak* claudit sententiam.

תָּמִיד Est adverbium, a verbo inusitato תמד. Prima litera ת habet daghèsh, quia est in principio sententiae.

תְּהִלָּתוֹ R. הָלַל, et in *Pihel* significat *laudavit*. Inde nomen תְּהִלָּה *laus*. Cum suffixo mutatur ה in ת, et sic fit תְּהִלָּתוֹ *laus ejus*. Prima litera venit post schevà mutum, quod subintelligitur sub ultima litera vocis praecedentis; et ideo, cum sit una e literis בְּגַדְ כְּפַת, habet daghèsh lene: ל vero habet daghèsh forte, ad significandum defectum alterius ל radicalis. Hoc fit in his verbis imperfectis, et in nominibus inde ortis.

בְּפִי׃ Litera ב significat *in*, praefigitur per schevà, ut

solet; פֶּה os, est Radix. Ob adjunctum suffixum, amittit ה. Unde fit פִּי os meum, et בְּפִי in ore meo. Sed hoc loco, propter rationem superius explicatam, daghèsh omittitur tum in פ, tum in ב. Anomaliam hujus nominis פֶּה vide suo loco. Denique apponitur accentus *soph-pasùk*, ad finem versus denotandum.

2.

audiant: mea anima laudabitur Domino in
בַּיהוָה תִּתְהַלֵּל נַפְשִׁי יִשְׁמְעוּ
laetabuntur et, mansueti
עֲנָוִים וְיִשְׂמָחוּ׃

בַּיהוָה Juxta dicta legendum est בַּאֲדוֹנָי, quod etiam contracte dicitur pro בַּאֲדוֹנָי. ב habet daghèsh, quia est in principio sententiae. Habet etiam (ַ) pro (ְ), propter affinitatem cum puncto composito sequente. Reliqua ad hanc vocem spectantia, jam explicata sunt in versu primo.

תִּתְהַלֵּל Est 3. sing. fem. Fut. *Hithpahel* a radice הָלַל. Propter schevà mutum, quod, juxta superius dicta, subintelligitur sub ultima litera vocis praecedentis, prima litera hujus vocis habet daghèsh lene.

נַפְשִׁי R. est ipsum nomen נֶפֶשׁ *anima*. Habet suffixum, ed ideo primum (ֶ) mutatur in (ְ). Sed, ne legatur (ְ) ante aliud (ְ), mutatur iterum primum (ְ) in (ַ); et sic tandem habetur נַפְשִׁי *anima mea*.

יִשְׁמְעוּ Est 3. pers. plur. masc. Fut. *Kal* a R. שָׁמַע *audivit*. Sed, quia 3. pres. imperat. exprimitur apud hebraeos per futurum, vox haec verti potest *audient*, vel *audiant*.

עֲנָוִים R. עָנָה *audivit, respondit* etc. Inde nomén עָנָו

mansuetus. Pluralis fit addendo יִם, (ָ) in penultima mutatur in (ְ). Sed ne schevà simplex legatur sub gutturali, iterum mutatur in (ֲ); et sic fit עֲנָוִים *mansueti*.

וְיִשְׂמָחוּ R. שָׂמַח *laetatus est*. Prima litera וְ significat *et*: praefigitur, ut solet, per (ְ). Verbum ipsum deberet esse יִשְׂמְחוּ, et sic explicaretur prorsus ut יִשְׁמְעוּ. Sed, propter accentum distinctivum, retrahitur tonus: et posterius (ְ), ortum ex (ַ) brevi, mutatur in (ָ) longum simile. Dico autem illud (ְ) ortum esse ex (ַ), quia in singulari numero est יִשְׂמַח cum (ַ) pro וֹ, juxta regulam traditam. Unde, dum fit in plurali יִשְׂמְחוּ, (ְ) sub מ oritur ex (ַ).

3.

exaltemus et: mecum Dominum Magnificate

גַּדְּלוּ לַיהוָה אִתִּי וּנְרוֹמְמָה

pariter ejus nomen

שְׁמוֹ יַחְדָּו׃

גַּדְּלוּ R. גָּדַל *magnus fuit*. Plur. masc. imperat. *Pihel*.

לַיהוָה Lege לַאדֹנָי. Et vide primam vocem versus praecedentis.

אִתִּי Componitur ex particula אֵת *cum*, et suffixo adjuncto.

וּנְרוֹמְמָה Illud וּ significat *et*, ponitur pro וְ propter schevatam, quae sequitur. Et, quia illud וּ habetur pro brevi, (ְ) sequens quiescit. Quoad reliquam vocem, radix est רום *ultum esse*. In *Pihel* est רוֹמֵם per וֹ immutabile. Unde juxta paradigma verborum perfectorum (dicta irregularitate praesupposita) regulariter fit נְרוֹמֵם in 1. pers. plur. fut. *Pihel*. Hic autem additur ה paragogicum habens se per modum *suffixi*. Et ideo (ֵ) sub מ mutatur in (ְ). Et sic fit נְרוֹמְמָה

exaltabimus, vel *exaltemus*. Sicut enim 3. persona (ut dictum est supra), ita et 1. pers. imperat., apud hebraeos, exprimitur per futurum.

שְׁמוֹ R. שֵׁם *nomen*. Propter *suffixum*, mutatur (ֵ) in (ְ).

יַחְדָּו Est adverbium a R. יָחַד *unitus fuit*.

4.

omnibus ex et, me exaudivit et, Dominum Quaesivi

דָּרַשְׁתִּי אֶת־יְהוָה וְעָנָנִי וּמִכָּל־

me liberavit meis pavoribus

מְגוּרוֹתַי הִצִּילָנִי׃

דָּרַשְׁתִּי 1. pers. sing. praet. *Kal*, a R. דָּרַשׁ *quaesivit*.

אֶת־יְהוָה Vide in vers. 1.

וְעָנָנִי Illud וְ significat *et*, נִי est suffixum proprium. Hujus autem verbi radix est עָנָה *exaudivit*. Propter suffixum, (ָ) sub prima radicis mutatur in (ְ). Ipsum autem suffixum adjungitur per pathach (sub ultima radicis). Unde fit עְנָהַנִי vel, posito sub gutturali (ֲ) pro (ְ), עֲנָהַנִי. Sed abjecto ה, et facta punctorum retrogradatione, juxta regulam pro hujusmodi verbis, fit עָנַנִי *exaudivit me*. Hic tamen, propter accentum distinctivum, (ַ) mutatur in (ָ). Et sic tandem habetur עָנָנִי.

וּמִכָּל־ Illud וּ significat *et*. Ponitur pro וְ propter labialem quae sequitur. מ significat *ex*, et more solito praefigitur per chirek, sequente daghesh. Reliquam vocem vide explicatam vers. 1.

מְגוּרוֹתַי R. גּוּר *pavere*, *peregrinari* etc. Inde מְגוּרָה *pavor*, cum duabus literis *heemanticis* nominum formativis. In plur. מְגוּרוֹת, cum suffixo מְגוּרוֹתַי. Vide regulam traditam.

הִצִּילָנִי: R. נצל inusitat. in *Kal*, in *Niphal*, *evasit*, in *Hiphil*, *evadere fecit*. In praet. autem *Hiphil*, 3. sing. deberet esse הִנְצִיל. Sed, quia verbum est defectivum *pe-nun*, abjecto nun schevato, fit compensatio per daghèsh. Et sic habetur הִצִּיל *evadere fecit*, seu *liberavit*. Cui suffixum נִי deberet adjungi per (ִ), sed accentus distinctivus mutat illud (ִ) in (ָ); et sic habetur הִצִּילָנִי *liberavit me*.

5.

eorum facies et, *sunt illuminati et*, *eum ad Aspexerunt*
הִבִּיטוּ אֵלָיו וְנָהָרוּ וּפְנֵיהֶם
erubescent non
אַל־יֶחְפָּרוּ:

הִבִּיטוּ R. נבט. In 3. singul. praeteriti *Hiphil* deberet esse הִנְבִּיט. Sed, quia verbum est defectivum *pe-nun* (sicut ultima vox versus praecedentis), est הִבִּיט, et in 3. plur. הִבִּיטוּ.

אֵלָיו Componitur ex אֶל *ad*, et suffixo, juxta regulam traditam.

וְנָהָרוּ Illud וְ est notum praefixum. Quoad reliquam vocem, R. est נָהַר *confluxit*. Unde in 3. plur. praet. *Kal*, juxta paradigma, fit נָהְרוּ; et, posito (ֲ) pro (ְ) propter gutturalem, נָהֲרוּ. Sed, propter accentum distinctivum, retrahitur tonus, et (ֲ) illud mutatur in (ָ).

וּפְנֵיהֶם Ponitur וּ pro וְ, tum quia ante labialem, tum quia ante schevatam. Reliquae vocis R. est פָּנָה *aspexit*. Inde nomen פָּנִים *facies*, quod caret singulari. Sed quia sumitur, tanquam esset ex singul. פָּן, illud (ָ) habetur pro (ָ) in ultima syllaba. Unde cum suffixis absolutis non mutatur; sed in re-

gimine, et cum suffixis constructis mutatur in (◌ְ). Uno verbo vox פָּנִים habet se ut דְּבָרִים, prima syllaba דְּ abjecta.

אַל Dehortandi, et negandi particula, *ne*, *non*.

יֶחְפָּרוּ : R. חָפַר *erubuit*, *fodit* etc. Unde in 3. masc. sing. futuri *Kal*, fit יֶחֱפַּר, ubi gutturalis ח habet (◌ֱ) pro (◌ְ). Et (י) formativum futuri (per se loquendo schevatum) habet (◌ֶ) propter affinitatem. Jam vero licet gutturalis cedat suo juri habendi punctum compositum, et habeat tantum schevà simplex; adhuc litera formativa retinet punctum titulo affinitatis debitum. Et sic fit יֶחְפַּר , cum (◌ַ) pro וֹ, quia est verbum neutrum. Ab hoc singul. fit in plur. יֶחְפְּרוּ *erubescent*. Sed hic, propter accentum distinctivum, (◌ְ) mutatur in (◌ָ) et retrahitur tonus. Et sic tandem habetur יֶחְפָּרוּ

6.

audivit Dominus et , clamavit pauper Iste

זֶה עָנִי קָרָא וַיהוָה שָׁמֵעַ

cum sanavit ejus angustiis omnibus ex et

וּמִכָּל־צָרוֹתָיו הוֹשִׁיעוֹ :

זֶה Pronomen demonstrativum.

עָנִי Nomen a R. עָנָה *pauper*, vel *afflictus fuit*.

קָרָא R. ipsa. Habet (◌ָ) in ultima ob literam quiescentem א.

וַיהוָה Lege וַאדוֹנָי , et vide primam vocem vers. 2.

שָׁמֵעַ R. ipsa. Frequentius legitur שָׁמֵעַ. Sed, pro communi terminatione (◌ַ), aliquando est (◌ַ). Et tunc ultima litera ע debet habere (◌ַ) suffuratum, ut hoc loco habet.

וּמִכָּל־ Explicatum est vers. 4.

צָרוֹתָיו R. צוּר *arctare*. Inde צָרָה *angustio*. In plur. צָרוֹת , cum suffixo צָרוֹתָיךְ . Primum (◌ָ), cum juxta re-

gulam communem deberet mutari in (ִ), in hoc nomine non mutatur.

הוֹשִׁיעָו׃ R. ישׁע inusitat., in *Hiphil* הוֹשִׁיעַ *salvavit*, cum ו pro (ְ) schevato, juxta paradigma verborum *pe-jod.* Et cum (ַ) suffurato sub ע. Sed illud (ַ) suffuratum evanescit, quando additur suffixum: et sic fit הוֹשִׁיעָו *salvavit eum.*

7.

eum timentes circa Domini Angelus Castrametans

חֹנֶה מַלְאַךְ־יְהוָה סָבִיב לִירֵאָיו

eos liberavit et

וַיְחַלְּצֵם׃

חֹנֶה Particip. a חָנָה *castrametatus est.* Sumitur etiam pro tempore praesente.

מַלְאַךְ R. לאך inusitat. Inde מַלְאָךְ *angelus.* Illud autem (ָ) hoc loco mutatur in (ַ) tum propter regimen, tum propter makkàph.

סָבִיב R. סָבַב *circuivit.* Inde סָבִיב *circuitus*, et adverbialiter, *circa.*

לִירֵאָיו R. יָרֵא *timuit.* Et idem est participium. Unde in plur. fit יְרֵאִים *timentes*, cum suffixo יְרֵאָיו *timentes eum.* Praefix. ל est signum dativi casus; non habet (ִ), ut solet; sed quia venit ante (ְ) schevatum, pro duplici (ִ) est unum chirek.

וַיְחַלְּצֵם Illud וַ praefixum significat *et*, simulque est conversivum futuri, ut colligitur ex modo praefigendi. Ipsius verbi R. est חָלַץ *liberavit*, *eruit* etc. Inde 3. sing. masc. fut. *Pihel* יְחַלֵּץ. Cum suffixo autem mutatur illud (ֵ) in (ְ). Et suffixum ם adjungitur per (ֵ), sicque, simul addito praefixo, fit וַיְחַלְּצֵם *et liberavit eos.*

8.

beatus: Dominus bonus quia; videte et, Gustate

טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי־טוֹב יְהוָה אַשְׁרֵי

eo in sperabit vir

הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה־בּוֹ׃

טַעֲמוּ R. טָעַם *gustavit.* Inde, juxta paradigma, fit plur. masc. imperat. *Kal* טִעֲמוּ. Sed gutturalis ע habet (ֲ) pro (ְ); et ideo alterum (ְ), quod per se loquendo deberet esse sub ט (sicut est in sing. masc. et plur. foem.), non mutatur in chirek, sed in (ַ), propter affinitatem cum puncto composito sequente; et sic fit טַעֲמוּ *gustate.*

וּרְאוּ Ponitur וּ pro וְ ante schevatam. Quod וּ habetur pro brevi. Itaque non legitur (ְ) sequens, quia venit post vocalem brevem. Ipsius verbi R. est רָאָה *vidit*, e quiescentibus *lamed-he.* Unde in imperat. *Kal* fit plur. masc. רְאוּ *videte.*

כִּי־ Conjunctio, significans *quoniam.*

טוֹב *Bonus*, Nomen a R. טוּב *bonum esse.*

אַשְׁרֵי R. אָשַׁר *incessit*, in *Pihel*, *beavit.* Aliqui volunt esse nomen adjectivum *indeclinabile.* Sed si ita esset, diceretur אַשְׁרֵי אַתָּה *beatus tu*, potius quam אַשְׁרֶיךָ. Contrarium tamen constat ex Bibliis. Alii volunt esse adverbium, ita ut cum suffixis explicetur sic *bene*, seu *beate tibi* etc. Plerique tamen dicunt esse substantivum, inventum tantum in forma regiminis pluralis, et cum suffixis. Juxta hos τὸ *beatus vir* idiotismo hebraico exprimitur sic: *beatitudines viri*; et τὸ *beatus tu*, sic: *beatitudines tuae.* Huic modo loquendi favet Apostolus dicens Rom. 4, 6. *David dicit beatitudinem hominis* etc.

הַגֶּבֶר R. גָּבַר *praevaluit.* Inde גֶּבֶר *vir*; et, cum ה *demonstrativo*, seu ה *emphatico*, הַגֶּבֶר. Praefigitur, ut solet, per (ַ), sequente daghèsh.

יֶחֱסֶה־ R. חָסָה *speravit*, e quiescentibus *lamed-he.* In 3. masc. sing. futuri *Kal*, juxta paradigma, est יִחְסֶה; sed gutturalis ח habet (ֱ) pro (ְ); unde et litera *etinalis* habet punctum affine.

בּוֹ׃ Componitur ex praefixo ב et suffixo וֹ. Illud punctum in ב est daghèsh forte. Et vox haec legi debet per modum unius cum praecedente.

9.

defectus non quia, ejus Sancti Dominum Timete

יְראוּ אֶת־יְהוָה קְדשָׁיו כִּי־אֵין מַחְסוֹר

eum timentibus

לִירֵאָיו׃

יְראוּ R. יָרֵא *timuit.* Unde in imperat. *Kal* fit plur. masc. regulariter יִרְאוּ. Sed haec coincidit cum 3. plur. masc. futuri *Kal*, a verbo רָאָה *vidit*: et ideo, distinctionis causa, tollitur (ְ) sub ר; ut sic, puncto vocali וּ pertinente ad ר, א quiescat, et cognoscatur verbum esse e quiescentibus *lamed-aleph.* Jam vero redit alterum (ִ), quod, per se loquendo, debet esse sub prima radicis, ut diximus in prima voce versus praecedentis. Cum enim illud (ִ) non mutetur in chirek, nisi propter (ְ) sequens; hoc sublato, illud debet manere. Et sic habetur יְראוּ *timete.*

קְדשָׁיו R. קָדַשׁ *sanctus fuit.* Inde nomen קָדוֹשׁ *sanctus*, plur. קְדוֹשִׁים, cum suffixo קְדוֹשָׁיו *sancti ejus*, (ָ) in penultima mutatur in (ְ), וֹ non mutatur. Sed hoc loco ponitur

cholem sine ו expresso, et coincidit cum puncto in cornu literae שׁ.

כִּי־ Conjunctio, *quoniam.*

אֵין Adverbium, *non.*

מַחְסוֹר R. חָסֵר *defecit*, inde מַחְסוֹר *defectus*. Prima litera est heemantica.

לִירֵאָיו׃ explicatum est vers. 7.

10.

Dominum quaerentes et: esurierunt et, eguerunt Leunculi

כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ וְדֹרְשֵׁי יְהֹוָה

bono omni deficient non

לֹא־יַחְסְרוּ כָל־טוֹב

כְּפִירִים R. כָּפַר *pice obduxit* etc. nomen כְּפִיר *leunculus*, plur. כְּפִירִים.

רָשׁוּ R. רוּשׁ *egere*, *pauperari.* Inde 3. plur. praeteriti *Kal.* רָשׁוּ.

וְרָעֵבוּ R. רָעֵב *esuriit*, cum (ֵ) in ultima. Inde in plur. רָעֲבוּ, sed ponendum esset (ֲ) pro (ְ) sub gutturali, nisi adesset accentus distinctivus. Hic autem accentus retrahit tonum, simulque mutat (ְ) in punctum longum, ex quo ortum habuit; et sic fit רָעֵבוּ.

וְדֹרְשֵׁי R. דָּרַשׁ, *quaesivit.* Inde in benoni דּוֹרֵשׁ, vel דֹּרֵשׁ, plur. דֹּרְשִׁים, in regim. דֹּרְשֵׁי. Participia enim declinantur ut nomina; (ֵ) in ultima mutatur in (ְ). Regimen autem plur. fit mutando (ִים) in (ֵי).

לֹא־יַחְסְרוּ Vocula לֹא est adverbium significans *non.* Ipsius verbi R. חָסֵר *defecit.* Inde 3. plur. masc. fut. *Kal.* יֶחְסְרוּ. Sed litera etinalis habet (ַ) propter affinitatem cum puncto

composito, quod debetur gutturali ח. Vide etiam quae dicta sunt de ultima voce versus 5.

כָּל־טוֹב Vide vers. 1. et 8.

11.

vos docebo Domini timorem : me audite, filii Venite
לְכוּ־בָנִים שִׁמְעוּ־לִי יִרְאַת יְהוָה אֲלַמֶּדְכֶם׃

לְכוּ־ R. יָלַךְ e quiescentibus *pe-jod*. Inde plur. masc. imperat. *Kal* לְכוּ.

בָנִים R. בָּנָה *aedificavit*. Inde בֵּן *filius*, plur. בָּנִים.

שִׁמְעוּ־ Plur. masc. imperat. *Kal*. a שָׁמַע *audivit*.

לִי Componitur ex suffixo (י) et praefixo ל.

יִרְאַת R. יָרֵא *timuit*. Inde יִרְאָה *timor*; in regimine autem fit יִרְאַת.

אֲלַמֶּדְכֶם R. לָמַד *didicit*. In *Pihel*, *docuit*. Inde 1. sing. fut. *Pihel* אֲלַמֵּד. Cum suffixo mutatur (ֵ) in (ְ), et quia suffixum כֶם adjungitur etiam per (ְ), (ְ) venit ante aliud (ְ); ideoque prius (ְ) ortum ex (ֵ) mutatur in (ֶ). Et sic fit אֲלַמֶּדְכֶם *docebo vos*.

12.

dies diligens, vitam volens qui, vir ille Quis
מִי־הָאִישׁ הֶחָפֵץ חַיִּים אֹהֵב יָמִים
bonum videndum ad
לִרְאוֹת טוֹב׃

מִי־ Pronomen interrogativum, *quis?*

הָאִישׁ Prima litera est ה emphaticum. Solet praefigi per (ַ), sequente daghèsh; sed, quia א, utpote gutturalis, non

capit daghèsh, fit compensatio, mutando (ֶ) in (ֵ). Nomen אִישׁ *vir* est ipsa radix.

הֶחָפֵץ Iterum venit ה emphaticum, seu demonstrativum; sed cum (ֶ), quia ante ח kametzatam. R. חָפֵץ *voluit*, idemque est participium *benoni*.

חַיִּים Nom. pluralis tantum numeri, R. חָיָה *vixit*.

אֹהֵב Particip. *benoni*. R. אָהַב *dilexit*.

יָמִים Nom. plur. R. יוֹם *dies*.

לִרְאוֹת Solet ל praefigi per (ְ). Sed illud (ְ) hic, quia venit ante aliud (ְ), mutatur in chirek. Reliquae vocis radix est רָאָה *vidit*. Inde fit in infinit. *Kal* רְאוֹת, et cum ל praefixo לִרְאוֹת.

13.

tua labia et, malo a tuam linguam Custodi

נְצֹר לְשׁוֹנְךָ מֵרָע וּשְׂפָתֶיךָ

dolum loqui a

מִדַּבֵּר מִרְמָה׃

נְצֹר R. נָצַר *custodivit*. Est verbum defectivum *pe-nun*, sed sequitur formam perfectorum; unde in imperat. *Kal* fit נְצֹר.

לְשׁוֹנְךָ R. לשן inusitata in *Kal*; inde autem fit nomen לָשׁוֹן *lingua*. Propter suffixum, (ָ) mutatur in (ְ), et sic fit לְשׁוֹנְךָ *lingua tua*.

מֵרָע Illud מ significat *ab*, praefigi solet per chirek, sequente daghèsh; sed, quia ר non capit daghèsh, fit compensatio, mutando chirek in (ֵ). Quoad reliquam vocem, R. est רוּעַ *malum esse*. Inde רַע vel רָע *malus*, et substantive *malum*. Hic autem, propter accentum distinctivum, debet scribi רָע cum (ָ).

וּשְׂפָתֶיךָ R. שָׂפָה *labium*, dual. שְׂפָתַיִם; nam primum

(ָ) mutatur in (ְ). Additur autem (ֶים), et ה mutatur in ת· Unde cum suff. fit שְׂפָתֶיךָ. Praefixum וּ ponitur pro וְ ante literam schevatam. Et, quia illud וּ habetur pro brevi, (ְ) sequens quiescit. Quia autem (ְ) illud oritur ex puncto longo, litera פ non habet daghèsh.

מְדַבֵּר R. דָּבַר *locutus est.* Inde infinit. *Pihel* דַּבֵּר, et מְדַבֵּר cum מ praefixo.

מִרְמָה׃ R. רָמָה *projecit.* In *Pihel*, *dolose egit.* Inde nomen מִרְמָה *dolus.*

14.

pacem quaere: bonum fac et, malo a Declina

סוּר מֵרָע וַעֲשֵׂה טוֹב בַּקֵּשׁ שָׁלוֹם

eam persequere et

וְרָדְפֵהוּ׃

סוּר Verbum e quiescentibus *ajin-vau*. Est hic in imperat. *Kal.*, eademque vox est infinit. *Kal*, et ipsa radix.

מֵרָע Explicatum est in vers. praeced.

וַעֲשֵׂה R. עָשָׂה *fecit.* Inde imperat. *Kal* עֲשֵׂה cum (ֲ) pro (ְ) sub gutturali. Unde et litera ו, quae solet praefigi per (ְ), habet (ַ) propter affinitatem.

בַּקֵּשׁ Imperat. *Pihel* a בִּקֵּשׁ *quaesivit.*

שָׁלוֹם R. שָׁלַם *perfecit*, *pacificus fuit* etc.

וְרָדְפֵהוּ׃ R. רָדַף *persecutus est.* Inde imperat. *Kal* רְדוֹף, Sed cum suffixo, 1. radicis habet kamètz-chatùph, 2. habet (ְ); et suffixum הוּ, Verborum proprium, adjungitur per (ֵ); et sic fit רָדְפֵהוּ, cui praefigitur ו more solito. Porro פ, licet ibi veniat post (ְ) mutum, non habet daghèsh: quia illud (ְ) oritur ex puncto longo וֹ.

15.

ejus aures et, justos ad Domini Oculi

עֵינֵי יְהוָה אֶל־צַדִּיקִים וְאָזְנָיו

eorum clamorem ad

אֶל־שַׁוְעָתָם׃

עֵינֵי R. עַיִן *oculus*, dual עֵינַיִם. In regim. עֵינֵי.

אֶל־צַדִּיקִים Prima vocula est praepositio significans *ad*; alterius vocis R. צָדַק *justus fuit.* Inde צַדִּיק *justus*, plur. צַדִּיקִים.

וְאָזְנָיו R. אזן inusit. Inde אֹזֶן *auris*, dual. אָזְנַיִם, et cum suffixo אָזְנָיו. Illud cholem, juxta regulam communem, mutatur in (ָ), sed, quia punctum compositum ante aliud (ְ) amittit suum (ְ), inde fit kamètz-chatùph.

שַׁוְעָתָם׃ R. שָׁוַע *clamavit.* Inde שַׁוְעָה *clamor.* Cum suffixo mutatur ה in ת, et sic fit שַׁוְעָתָם.

16.

exscindendum ad: malum facientes in Domini Vultus

פְּנֵי יְהוָה בְּעֹשֵׂי רָע לְהַכְרִית

eorum memoriam terra de

מֵאֶרֶץ זִכְרָם׃

פְּנֵי R. פָּנָה, inde nomen plur. פָּנִים, in regimine פְּנֵי. Vide de hac voce plura in vers. 5.

בְּעֹשֵׂי R. עָשָׂה *fecit*, e quiescentibus *lamed-he*. Inde particip. *benoni* עֹשֶׂה, Plur. עֹשִׂים, in regim. עֹשֵׂי. Cholem ponitur sine ו expresso, ut saepe fit.

לְהַכְרִית R. כָּרַת *exscidit.* Inde infinit. *Hiphil* הַכְרִית, praefigitur ל more solito, ut fiat gerundium.

מֵאֶרֶץ Componitur ex אֶרֶץ et מ praefixo, אֶרֶץ *terra* est ipsa radix, מ praefigi solet per chirek, sequente daghèsh. Hic autem, quia gutturalis א non capit daghèsh, fit compensatio per (ֵ).

זִכְרָם R. זָכַר *recordatus est.* Inde זֵכֶר *memoria.* Cum suffixo, utrumque (ֶ) mutatur in (ְ), prius autem (ְ), quia venit ante aliud (ְ), mutatur in (ִ), et sic fit זִכְרָם *memoria eorum.*

17.

omnibus ex et, audivit Dominus et, Clamaverunt

צָעֲקוּ וַיהוָה שָׁמֵעַ וּמִכָּל־

eos liberavit eorum angustiis

צָרוֹתָם הִצִּילָם.

צָעֲקוּ R. צָעַק *clamavit.* Inde 3. plur. praet. *Kal* צָעֲקוּ cum (ֲ) pro (ְ) sub gutturali.

וַיהוָה שָׁמֵעַ וּמִכָּל־צָרוֹתָם Explicata sunt v. 6.

הִצִּילָם: ut vers. 4., pro suffix. vide regulam traditam.

18.

contritos et: corde attritis Dominus Propinquus

קָרוֹב יְהוָה לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב וְאֶת־דַּכְּאֵי־

salvabit spiritu

רוּחַ יוֹשִׁיעַ:

קָרוֹב R. קָרַב *appropinquavit.*

לְנִשְׁבְּרֵי־ R. שָׁבַר *fregit.* Inde particip. *Niphal* נִשְׁבָּר, plur. נִשְׁבָּרִים, in regim. נִשְׁבְּרֵי; ל praefigitur, ut solet, per (ְ).

לֵב Nomen contractum ex לֵבָב. Utrumque significat *cor.*

וְאֶת־ Praefigitur ו, ut solet, per (ְ), vocula אֶת est signum accusativi casus, (ֶ) pro (ֵ) propter *makkàph*.

דַּכְּאֵי־ R. דִּכָּא *contrivit*. Inde nomen דַּכָּא *contritus*, plur. דַּכָּאִים, in regim. דַּכְּאֵי.

רְוּחַ R. רָוַח *respiravit*. Pro (ַ) sub ח vide regulam.

יוֹשִׁיעַ׃ a R. inusit. ישע, e quiescentibus *pe-jod*. Inde 3. sing. masc. futuri *Hiphil* יוֹשִׁיעַ, cum (ַ) suffurato sub ע.

19.

illis omnibus ex et: justi afflictiones Multae

רַבּוֹת רָעוֹת צַדִּיק וּמִכֻּלָּם

Dominus eum liberabit

יַצִּילֶנּוּ יְהוָה׃

רַבּוֹת R. רָבַב *multiplicatum est*. Inde רַב *multus*, plur. רַבִּים, fem. רַבָּה, plur. רַבּוֹת. Est daghèsh in ב ad significandum defectum alterius ב radicalis. Sic fit in his verbis duplicantibus *ajin*, et in nominibus inde ortis.

רָעוֹת R. רוּעַ *malum esse*. Inde רָעָה *malum*, *malitia*, *afflictio*, plur. רָעוֹת. Primum (ָ) in hoc nomine non mutatur.

צַדִּיק Ut supra, vers. 15.

וּמִכֻּלָּם Componitur ex duplici praefixo, et ex nomine simul cum suffixo; primum praefixum וּ significat *et*: ponitur pro וְ ante labialem. Alterum praefixum מ significat *ex*: praefigitur, ut solet, per chirek, sequente daghèsh. Nomen est כֹּל *omnis*, a R. כָּלַל *perfecit*. Cum suffixo mutat cholem in (ֻ); et daghèsh ponitur in ל ad significandum defectum alterius ל radicalis.

יַצִּילֶנּוּ R. נצל inusitat. in *Kal*; in *Niphal*, *evasit*, in *Hiphil*, *evadere fecit*, ubi, juxta paradigma verborum perfectorum, 3. sing. masc. fut. deberet esse יַנְצִיל. Sed quia est

verbum defectivum *pe-nun*, nun schevandum tollitur; et, ad defectum significandum, ponitur daghèsh in litera sequente. Et sic fit יַצִּיל, cui adjungitur suffixum verborum proprium, et fit יַצִּילֶנּוּ *liberavit eum.*

20.

illis ex unum: ejus ossa omnia Custodiens

שֹׁמֵר כָּל־עַצְמוֹתָיו אַחַת מֵהֵנָּה

est confractum non

לֹא נִשְׁבָּרָה׃

שֹׁמֵר Participium *benonì* a verbo שָׁמַר *custodivit*, vim habens temporis praesentis, quo carent hebraei.

כָּל־עַצְמוֹתָיו De prima voce dictum est vers. 1. Quoad alteram vocem, R. עָצַם *roboratus est.* Inde עֶצֶם *os, ossis.* Ob numerum plur. primum (ֶ) mutatur in (ִ). Sed pro (ִ) sub gutturali ponitur (ֲ), alterum (ֶ) mutatur in (ָ), et sic fit עֲצָמִים *ossa*, et, cum terminatione femin. עֲצָמוֹת. Jam si juxta regulam traditam fingas hanc vocem esse in num. sing., et inde formes pluralem; debes addere (ִים). Debes etiam mutare (ָ) in (ִ); et tunc quia (ֲ) venit ante aliud (ִ), debet amittere suum (ִ). Et sic habetur plurale fictum עַצְמוֹתִים; cui si adjungantur suffixa, more solito, habebitur עַצְמוֹתָיו *ossa ejus.*

אַחַת R. אֶחָד *unus*, cum (ֶ) pro (ַ) ante ח kametzatam. Inde nomen fem. אַחַת *una*, quasi pro אַחֶדֶת.

מֵהֵנָּה Litera מ, licet soleat praefigi per chirek, sequente daghèsh, hoc loco habet (ֵ) pro compensatione ob daghèsh exclusum e sequente litera gutturali, הֵנָּה est pronomen, significans idem quod הֵן *illae.*

לֹא Adverbium, significans *non.*

7

: נִשְׁבָּרָה R. שָׁבַר *fregit*; inde 3. sing. masc. Praet. *Niphal* נִשְׁבַּר, femin. נִשְׁבְּרָה, ubi (ְ) sub ב ortum habet ex (ַ); et ideo accentus distinctivus mutat illud (ְ) in punctum longum simile, seu in (ָ); et simul retrahit tonum. Et sic fit נִשְׁבָּרָה.

21.

osores et : malitia impium Interficiet
תְּמוֹתֵת רָשָׁע רָעָה וְשֹׂנְאֵי
delinquent justi
צַדִּיק יֶאְשָׁמוּ :

תְּמוֹתֵת R. מוּת *mori.* In *Pihel*, *interficere.* In *Pihel* autem horum verborum quiescentium *ajin*, 1. radicis habet ubique וֹ, et duplicatur tertia. Unde in 3. singul. fem. fut. est תְּמוֹתֵת.

רָשָׁע Nomen a verbo רָשַׁע *impie egit.*

רָעָה Nomen a verbo רוּעַ *malum esse.*

וְשֹׂנְאֵי R. שָׂנֵא vel (quod magis usitatum est) שָׂנֵא *odio habuit.* Unde שֹׂנֵא sumi potest vel ut participium a שָׂנֵא, vel ut nomen; ideoque verti potest, *odio habens*, vel *osor*, plur. שֹׂנְאִים. In regim. שֹׂנְאֵי. Litera וְ praefigitur, ut solet, per (ְ).

צַדִּיק ut supra vers. 15.

: יֶאְשָׁמוּ R. אָשַׁם *deliquit*, *desolatus est.* etc. Unde fit יֶאְשָׁמוּ prorsus eodem modo quo יֶחְפָּרוּ versu 5. Vide quae dicta sunt, et applica singula.

22.

delinquent non et, suorum servorum animam Dominus Redimens

פּוֹדֶה יְהוָה נֶפֶשׁ עֲבָדָיו וְלֹא יֶאְשְׁמוּ׃

illo in sperantes omnes

כָּל־הַחוֹסִים בּוֹ׃

פּוֹדֶה R. פָּדָה *redemit.* Verbum quiescens *lamed-he.* Inde particip. *benoni* פּוֹדֶה vim habet temporis praesentis.

נֶפֶשׁ Est ipsa radix.

עֲבָדָיו R. עָבַד *servivit.* Inde עֶבֶד *servus.* Plur. עֲבָדִים cum suffixo עֲבָדָיו. Primum (ֶ) mutatur in (ְ). Et pro (ְ) sub gutturali ponitur (ֲ), alterum (ֶ) mutatur in (ָ).

וְלֹא Componitur ex praefixo ו, et adverbio לֹא *non.*

יֶאְשְׁמוּ Haec vox nullam habet difficultatem novam, nec ullo modo differt ab ultima voce versus praecedentis, nisi quod careat mutatione, quae ibi facta est propter accentum distinctivum.

כָּל Ut supra versu 1.

הַחוֹסִים R. חָסָה *speravit.* Verbum quiescens *lamed-he.* Inde partic. *benoni* חוֹסֶה. Plur. חוֹסִים, praefigitur ה *demonstrativum* per (ַ) nulla facta compensatione ob daghèsh exclusum ex gutturali ח. Vis istius participii simul cum praefixo, optime exprimitur graece οἱ ἐλπίζοντες; potest et latine exprimi sic, *qui (sunt) sperantes*, vel *qui sperant.* Sicut enim participia supplent vices temporis praesentis; ita et ה demonstrativum, dum participiis praefigitur, vices supplet pronominis relativi.

בּוֹ Ut supra versu 8.

LIBER JONAE

א

1 וַיְהִי֙ דְּבַר־יְהוָ֔ה אֶל־יוֹנָ֥ה בֶן־אֲמִתַּ֖י לֵאמֹֽר׃ ק֠וּם לֵ֧ךְ אֶל־
נִֽינְוֵ֛ה הָעִ֥יר הַגְּדוֹלָ֖ה וּקְרָ֣א עָלֶ֑יהָ כִּֽי־עָלְתָ֥ה רָעָתָ֖ם
3 לְפָנָֽי׃ וַיָּ֤קָם יוֹנָה֙ לִבְרֹ֣חַ תַּרְשִׁ֔ישָׁה מִלִּפְנֵ֖י יְהוָ֑ה וַיֵּ֣רֶד יָפ֗וֹ
וַיִּמְצָ֣א אָנִיָּ֣ה ׀ בָּאָ֣ה תַרְשִׁ֗ישׁ וַיִּתֵּ֨ן שְׂכָרָ֜הּ וַיֵּ֤רֶד בָּהּ֙ לָב֤וֹא
4 עִמָּהֶם֙ תַּרְשִׁ֔ישָׁה מִלִּפְנֵ֖י יְהוָֽה׃ וַֽיהוָ֗ה הֵטִ֤יל רֽוּחַ־גְּדוֹלָה֙
אֶל־הַיָּ֔ם וַיְהִ֥י סַֽעַר־גָּד֖וֹל בַּיָּ֑ם וְהָ֣אֳנִיָּ֔ה חִשְּׁבָ֖ה לְהִשָּׁבֵֽר׃
5 וַיִּֽירְא֣וּ הַמַּלָּחִ֗ים וַֽיִּזְעֲקוּ֮ אִ֣ישׁ אֶל־אֱלֹהָיו֒ וַיָּטִ֨לוּ אֶת־
הַכֵּלִ֜ים אֲשֶׁ֤ר בָּֽאֳנִיָּה֙ אֶל־הַיָּ֔ם לְהָקֵ֖ל מֵעֲלֵיהֶ֑ם וְיוֹנָ֗ה יָרַד֙
6 אֶל־יַרְכְּתֵ֣י הַסְּפִינָ֔ה וַיִּשְׁכַּ֖ב וַיֵּרָדַֽם׃ וַיִּקְרַ֤ב אֵלָיו֙ רַ֣ב הַחֹבֵ֔ל
וַיֹּ֥אמֶר ל֖וֹ מַה־לְּךָ֣ נִרְדָּ֑ם ק֗וּם קְרָ֚א אֶל־אֱלֹהֶ֔יךָ אוּלַ֞י יִתְעַשֵּׁ֧ת
7 הָאֱלֹהִ֛ים לָ֖נוּ וְלֹ֥א נֹאבֵֽד׃ וַיֹּאמְר֞וּ אִ֣ישׁ אֶל־רֵעֵ֗הוּ לְכוּ֙
וְנַפִּ֣ילָה גֽוֹרָל֔וֹת וְנֵ֣דְעָ֔ה בְּשֶׁלְּמִ֛י הָרָעָ֥ה הַזֹּ֖את לָ֑נוּ וַיַּפִּ֙לוּ֙
8 גּֽוֹרָל֔וֹת וַיִּפֹּ֥ל הַגּוֹרָ֖ל עַל־יוֹנָֽה׃ וַיֹּאמְר֣וּ אֵלָ֔יו הַגִּֽידָה־נָּ֣א לָ֔נוּ
בַּאֲשֶׁ֛ר לְמִי־הָרָעָ֥ה הַזֹּ֖את לָ֑נוּ מַה־מְּלַאכְתְּךָ֙ וּמֵאַ֣יִן תָּב֔וֹא מָ֣ה
9 אַרְצֶ֔ךָ וְאֵֽי־מִזֶּ֥ה עַ֖ם אָֽתָּה׃ וַיֹּ֥אמֶר אֲלֵיהֶ֖ם עִבְרִ֣י אָנֹ֑כִי וְאֶת־
יְהוָ֞ה אֱלֹהֵ֤י הַשָּׁמַ֙יִם֙ אֲנִ֣י יָרֵ֔א אֲשֶׁר־עָשָׂ֥ה אֶת־הַיָּ֖ם וְאֶת־
10 הַיַּבָּשָֽׁה׃ וַיִּֽירְא֤וּ הָֽאֲנָשִׁים֙ יִרְאָ֣ה גְדוֹלָ֔ה וַיֹּאמְר֥וּ אֵלָ֖יו מַה־
זֹּ֣את עָשִׂ֑יתָ כִּֽי־יָדְע֣וּ הָאֲנָשִׁ֗ים כִּֽי־מִלִּפְנֵ֤י יְהוָה֙ ה֣וּא בֹרֵ֔חַ כִּ֥י
11 הִגִּ֖יד לָהֶֽם׃ וַיֹּאמְר֤וּ אֵלָיו֙ מַה־נַּ֣עֲשֶׂה לָּ֔ךְ וְיִשְׁתֹּ֥ק הַיָּ֖ם מֵעָלֵ֑ינוּ
12 כִּ֥י הַיָּ֖ם הוֹלֵ֥ךְ וְסֹעֵֽר׃ וַיֹּ֣אמֶר אֲלֵיהֶ֗ם שָׂא֙וּנִי֙ וַהֲטִילֻ֣נִי אֶל־
הַיָּ֔ם וְיִשְׁתֹּ֥ק הַיָּ֖ם מֵעֲלֵיכֶ֑ם כִּ֚י יוֹדֵ֣עַ אָ֔נִי כִּ֣י בְשֶׁלִּ֔י הַסַּ֧עַר
13 הַגָּד֛וֹל הַזֶּ֖ה עֲלֵיכֶֽם׃ וַיַּחְתְּר֣וּ הָאֲנָשִׁ֗ים לְהָשִׁ֛יב אֶל־הַיַּבָּשָׁ֖ה
14 וְלֹ֣א יָכֹ֑לוּ כִּ֣י הַיָּ֔ם הוֹלֵ֥ךְ וְסֹעֵ֖ר עֲלֵיהֶֽם׃ וַיִּקְרְא֨וּ אֶל־יְהוָ֜ה
וַיֹּאמְר֗וּ אָנָּ֤ה יְהוָה֙ אַל־נָ֣א נֹאבְדָ֗ה בְּנֶ֙פֶשׁ֙ הָאִ֣ישׁ הַזֶּ֔ה וְאַל־
תִּתֵּ֥ן עָלֵ֖ינוּ דָּ֣ם נָקִ֑יא כִּֽי־אַתָּ֣ה יְהוָ֔ה כַּאֲשֶׁ֥ר חָפַ֖צְתָּ עָשִֽׂיתָ׃ א׳ יתיר
15 וַיִּשְׂאוּ֙ אֶת־יוֹנָ֔ה וַיְטִלֻ֖הוּ אֶל־הַיָּ֑ם וַיַּעֲמֹ֥ד הַיָּ֖ם מִזַּעְפּֽוֹ׃

16 וַיִּירְאוּ הָאֲנָשִׁים יִרְאָה גְדוֹלָה אֶת־יְהוָה וַיִּזְבְּחוּ־זֶבַח לַיהוָה
וַיִּדְּרוּ נְדָרִים׃

ב

1 וַיְמַן יְהוָה דָּג גָּדוֹל לִבְלֹעַ אֶת־יוֹנָה וַיְהִי יוֹנָה בִּמְעֵי
2 הַדָּג שְׁלֹשָׁה יָמִים וּשְׁלֹשָׁה לֵילוֹת׃ וַיִּתְפַּלֵּל יוֹנָה אֶל־יְהוָה
3 אֱלֹהָיו מִמְּעֵי הַדָּגָה׃ וַיֹּאמֶר קָרָאתִי מִצָּרָה לִי אֶל־יְהוָה
4 וַיַּעֲנֵנִי מִבֶּטֶן שְׁאוֹל שִׁוַּעְתִּי שָׁמַעְתָּ קוֹלִי׃ וַתַּשְׁלִיכֵנִי מְצוּלָה
בִּלְבַב יַמִּים וְנָהָר יְסֹבְבֵנִי כָּל־מִשְׁבָּרֶיךָ וְגַלֶּיךָ עָלַי עָבָרוּ׃
5 וַאֲנִי אָמַרְתִּי נִגְרַשְׁתִּי מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ אַךְ אוֹסִיף לְהַבִּיט אֶל־
6 הֵיכַל קָדְשֶׁךָ׃ אֲפָפוּנִי מַיִם עַד־נֶפֶשׁ תְּהוֹם יְסֹבְבֵנִי סוּף
7 חָבוּשׁ לְרֹאשִׁי׃ לְקִצְבֵי הָרִים יָרַדְתִּי הָאָרֶץ בְּרִחֶיהָ בַעֲדִי
8 לְעוֹלָם וַתַּעַל מִשַּׁחַת חַיַּי יְהוָה אֱלֹהָי׃ בְּהִתְעַטֵּף עָלַי נַפְשִׁי
אֶת־יְהוָה זָכָרְתִּי וַתָּבוֹא אֵלֶיךָ תְּפִלָּתִי אֶל־הֵיכַל קָדְשֶׁךָ׃
9 10 מְשַׁמְּרִים הַבְלֵי־שָׁוְא חַסְדָּם יַעֲזֹבוּ׃ וַאֲנִי בְּקוֹל תּוֹדָה
11 אֶזְבְּחָה־לָּךְ אֲשֶׁר נָדַרְתִּי אֲשַׁלֵּמָה יְשׁוּעָתָה לַיהוָה׃ וַיֹּאמֶר
יְהוָה לַדָּג וַיָּקֵא אֶת־יוֹנָה אֶל־הַיַּבָּשָׁה׃

ג

1 2 וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֶל־יוֹנָה שֵׁנִית לֵאמֹר׃ קוּם לֵךְ אֶל־
נִינְוֵה הָעִיר הַגְּדוֹלָה וּקְרָא אֵלֶיהָ אֶת־הַקְּרִיאָה אֲשֶׁר אָנֹכִי
3 דֹּבֵר אֵלֶיךָ׃ וַיָּקָם יוֹנָה וַיֵּלֶךְ אֶל־נִינְוֵה כִּדְבַר יְהוָה וְנִינְוֵה
4 הָיְתָה עִיר־גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים מַהֲלַךְ שְׁלֹשֶׁת יָמִים׃ וַיָּחֶל יוֹנָה
לָבוֹא בָעִיר מַהֲלַךְ יוֹם אֶחָד וַיִּקְרָא וַיֹּאמַר עוֹד אַרְבָּעִים יוֹם
5 וְנִינְוֵה נֶהְפָּכֶת׃ וַיַּאֲמִינוּ אַנְשֵׁי נִינְוֵה בֵּאלֹהִים וַיִּקְרְאוּ־צוֹם
6 וַיִּלְבְּשׁוּ שַׂקִּים מִגְּדוֹלָם וְעַד־קְטַנָּם׃ וַיִּגַּע הַדָּבָר אֶל־מֶלֶךְ
נִינְוֵה וַיָּקָם מִכִּסְאוֹ וַיַּעֲבֵר אַדַּרְתּוֹ מֵעָלָיו וַיְכַס שַׂק וַיֵּשֶׁב
7 עַל־הָאֵפֶר׃ וַיַּזְעֵק וַיֹּאמֶר בְּנִינְוֵה מִטַּעַם הַמֶּלֶךְ וּגְדֹלָיו
לֵאמֹר הָאָדָם וְהַבְּהֵמָה הַבָּקָר וְהַצֹּאן אַל־יִטְעֲמוּ מְאוּמָה
8 אַל־יִרְעוּ וּמַיִם אַל־יִשְׁתּוּ׃ וְיִתְכַּסּוּ שַׂקִּים הָאָדָם וְהַבְּהֵמָה
וְיִקְרְאוּ אֶל־אֱלֹהִים בְּחָזְקָה וְיָשֻׁבוּ אִישׁ מִדַּרְכּוֹ הָרָעָה וּמִן־
9 הֶחָמָס אֲשֶׁר בְּכַפֵּיהֶם׃ מִי־יוֹדֵעַ יָשׁוּב וְנִחַם הָאֱלֹהִים וְשָׁב

10 מֵחֲרוֹן אַפּוֹ וְלֹא נֹאבֵד׃ וַיַּרְא הָאֱלֹהִים אֶת־מַעֲשֵׂיהֶם
כִּי־שָׁבוּ מִדַּרְכָּם הָרָעָה וַיִּנָּחֶם הָאֱלֹהִים עַל־הָרָעָה אֲשֶׁר־
דִּבֶּר לַעֲשׂוֹת־לָהֶם וְלֹא עָשָׂה׃

ד

1. 2. וַיֵּרַע אֶל־יוֹנָה רָעָה גְדוֹלָה וַיִּחַר לוֹ׃ וַיִּתְפַּלֵּל אֶל־יְהוָה
וַיֹּאמַר אָנָּה יְהוָה הֲלוֹא־זֶה דְבָרִי עַד־הֱיוֹתִי עַל־אַדְמָתִי עַל־
כֵּן קִדַּמְתִּי לִבְרֹחַ תַּרְשִׁישָׁה כִּי יָדַעְתִּי כִּי אַתָּה אֵל־חַנּוּן
3 וְרַחוּם אֶרֶךְ אַפַּיִם וְרַב־חֶסֶד וְנִחָם עַל־הָרָעָה׃ וְעַתָּה
4 יְהוָה קַח־נָא אֶת־נַפְשִׁי מִמֶּנִּי כִּי טוֹב מוֹתִי מֵחַיָּי׃ וַיֹּאמֶר
5 יְהוָה הַהֵיטֵב חָרָה לָךְ׃ וַיֵּצֵא יוֹנָה מִן־הָעִיר וַיֵּשֶׁב מִקֶּדֶם
לָעִיר וַיַּעַשׂ לוֹ שָׁם סֻכָּה וַיֵּשֶׁב תַּחְתֶּיהָ בַּצֵּל עַד אֲשֶׁר יִרְאֶה
6 מַה־יִּהְיֶה בָּעִיר׃ וַיְמַן יְהוָה־אֱלֹהִים קִיקָיוֹן וַיַּעַל ׀ מֵעַל
לְיוֹנָה לִהְיוֹת צֵל עַל־רֹאשׁוֹ לְהַצִּיל לוֹ מֵרָעָתוֹ וַיִּשְׂמַח יוֹנָה
7 עַל־הַקִּיקָיוֹן שִׂמְחָה גְדוֹלָה׃ וַיְמַן הָאֱלֹהִים תּוֹלַעַת בַּעֲלוֹת
8 הַשַּׁחַר לַמָּחֳרָת וַתַּךְ אֶת־הַקִּיקָיוֹן וַיִּיבָשׁ׃ וַיְהִי ׀ כִּזְרֹחַ
הַשֶּׁמֶשׁ וַיְמַן אֱלֹהִים רוּחַ קָדִים חֲרִישִׁית וַתַּךְ הַשֶּׁמֶשׁ עַל־
רֹאשׁ יוֹנָה וַיִּתְעַלָּף וַיִּשְׁאַל אֶת־נַפְשׁוֹ לָמוּת וַיֹּאמֶר טוֹב מוֹתִי
9 מֵחַיָּי׃ וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים אֶל־יוֹנָה הַהֵיטֵב חָרָה־לְךָ עַל־
10 הַקִּיקָיוֹן וַיֹּאמֶר הֵיטֵב חָרָה־לִי עַד־מָוֶת׃ וַיֹּאמֶר יְהוָה
אַתָּה חַסְתָּ עַל־הַקִּיקָיוֹן אֲשֶׁר לֹא־עָמַלְתָּ בּוֹ וְלֹא גִדַּלְתּוֹ שֶׁבִּן־
11 לַיְלָה הָיָה וּבִן־לַיְלָה אָבָד׃ וַאֲנִי לֹא אָחוּס עַל־נִינְוֵה הָעִיר
הַגְּדוֹלָה אֲשֶׁר יֶשׁ־בָּהּ הַרְבֵּה מִשְׁתֵּים־עֶשְׂרֵה רִבּוֹ אָדָם אֲשֶׁר
לֹא־יָדַע בֵּין־יְמִינוֹ לִשְׂמֹאלוֹ וּבְהֵמָה רַבָּה׃

SPECIMEN ACCENTUUM

אֽ	Silluk	א֟	Karnè Parà
א֑	Athnach	א֖	Tiphcha
א֗	Rebhiah	א֛	Tebhir
א֔	Sakephkaton	א֚	Jethiv
א֕	Sakephgadol	א֣	Munach
א֒	Saegolta	א֤	Mahpach
א֮	Sarka	א֥	Merca simplex
א֜	Gaeres	א֦	Merca duplex
א֞	Gaeresaim	א֧	Darga
א֙	Paschta	א֪	Jaerach
א֡	Paser	א֨	Kadma
א֓	Salscaelaeth	א֩	Telisa minor
א֠	Telisa major		

חוק

INDEX

GRAMMATICAE HEBRAICAE.

GRAMMATICA CHALDAICA.

DE RATIONE LEGENDI

I. *Consonantes eaedem quae Hebraeorum.*

Linguam Chaldaicam, ea vero est Aramaea orientalis, Chaldaeae et Assyriae olim vernacula, ita tradendam suscipio, ut a Judaeis, cum in pericopis quibusdam textus Bibliorum (Dan. II. 4.-VII. Esdr. IV-VII., Jerem. X. II.), tum in chaldaicis versionibus, quae *Thargumim* appellantur, hebraicis literis scribi solet: ipsi enim earum terrarum indigenae, ortu non judaei, aliis literis utuntur; sed illae jam nihil ad nos, ex doctissimi Büttneri tabulis discendae, ac forte parti secundae Chrestomathiae syriacae in posterum praemittendae. Hebraico ergo alphabeto hic contenti esse possumus, quod describere non est opus.

Leges etiam cognationis et permutationis literarum generaliores, eaedem quae apud hebraeos, ut ex grammatica hebraica tuto transferri, et ex syriaca ditari possint: hic non copiae sed brevitatis rationem habeo, taedetque repetere, quae chaldaismi studiosis aut tradita jam sunt in hebraicis, aut tradentur in syriacis initiis.

II. *Peculiaria chaldaismi in consonantibus.*

Haec tamen pauca ignorare nolim tirones, Chaldaismo quodammodo priva, et a consueta ratione Hebraismi recedentia.

1. Literae א et ה serviles, quin et tertiae radicales, in chaldaismo biblico pene promiscue ponuntur: i. e. terminatio generis feminini et status emphatici linguae aramaeae usum proprium si spectes, scribi debet per א, nec tamen raro scri-

bitur per ה; idemque tenendum de א initiali conjugationis Aphel et passivarum, deque tertia radicali א, pro quibus saepe per imitationem hebraismi ה ponitur. Est tamen haec orthographiae peregrinitas frequentior in Daniele et Ezdra, quam in *Thargumim*.

2. Amant Aramaei universim, atque in his Chaldaei, pro sibilantibus hebraeorum reponere *d* et *t*, nec id promiscue, ita ut quaelibet sibilantium mutari possit in quamlibet earum, quae vim *d* et *t* habent, sed certa aliqua lege. Nempe:

a) ז hebraeorum chaldaeis saepe fit ד: ut זָהָב, *aurum*, chaldaice דְּהַב.

b) צ hebraeorum chaldaeis saepe fit ט, ut צוּר *petra*, chaldaeis טוּר *mons*; צְבִיָּה *caprea*, chald. טַבְיָא.

c) שׁ hebraeorum chaldaeis saepe fit ת, ut שֶׁלֶג *nix*, chald. תְּלַג.

Horum quidem aliquid quandoque in hebraismo observatur, sed rarissime: in multis autem verbis lingua aramaea ita ab hebraica sejungitur, ut *d* et *t* pro sibilantibus hebraicis habeat.

3. שׂ, quod nunquam habent syri occidentales, semper pro eo ס ponentes, raro quidem, sed tamen usurpat orthographia chaldaica, sive imitatione hebraicae, sive per archaismum. Ipse certe Moses, Genes. xxxi. 47. שָׂהֲדוּתָא scripsit. Quo autem recentioris sunt aetatis scripta chaldaica, eo rarius in illis שׂ, frequentius ס.

4. Frequens mutatio literae hebraicae צ in ע, ut ארץ *terra*, chaldaeis אַרְעָא, de scribarum laspu cogitari ob figurae similitudinem posset, nisi idem et in lingua syriaca, et in vivente adhuc reliquisque cognatis superstite arabica, fieret, in quibus figurae dissimillimae. Ipsum illud, quod in exemplo posui, *terrae* nomen, arabibus ארץ est, syris ארע. Quid

factum sit video; cur factum, cur צ in ע mutatum, conjicere nunquam potui.

5. Chaldai, plane ut syri et arabes, in terminatione dualis et pluralis masculinorum amant purius quid sonans *n*, hebraei *m*, obtusioris soni literam. Est tamen, ubi judaici scriptores, hebraismum suum imitati, *m* posuerunt.

III. *De vocalium ratione, anomaliis, et quantitate.*

Vocales chaldaeis eaedem, quae hebraeis, novem numero, non antiquae, ut equidem puto, sed sensim inde a saeculo sexto usque ad decimum a judaeis inventae, textuique additae. Habuerintne antea chaldaei alias vocales, tres forte, jam non disputo.

Longarum et brevium vocalium, rei summam si spectes, eadem lex, quae apud hebraeos: nisi quod plures sunt anomaliae, ut עָלִין Dan. IV. 4.

Harum aliquae ad certam revocari rationem possunt, ut patach in קְטַלוּ similibusque: licet enim *ketalu* scribatur, ex syriasmi tamen analogia, omissa vocali ultima, *ketal* appellatum fuisse videtur, syllaba in consonantem jam desitura, ut brevi vocali opus sit. Aliae evanescunt, modo ea sumas, quae in hebraica grammatica tradere soleo; nec chirek duplex esse, et schurek in ancipitibus numerandum. Huc referes בְּאוּשְׁתָּא Exdr. IV. 12., et עֲבִידְתָּא Dan. II. 49. Reliquarum anomaliarum caussa esse videtur, quod in chaldaicis punctis plures habemus antiquioris temporis reliquias, quo nondum leges quantitatis aut inventae aut plane perfectae erant, parciusque libros, non ea lingua scriptos, quae Sancta putabatur, Masorethae correxerunt, quam hebraicos.

IV. *Mutationis vocalium hebraicarum in chaldaicas, leges praecipuae.*

Notent autem tirones haec chaldaismi ab hebraismo in vocalibus divergia:

1. Saepius chaldaei schevà ponunt, quam hebraei, ut, si a nostris vocalibus ad antiquam pronunciationem argumentari licet, correptius videantur pronuntiasse: קָטַל hebr. קְטַל chald.

2. Pro duplici saegol hebraeorum ponere amant pathach aut tzerè, praecedente schevà, quod in omnibus prope saegolatis, his quoque quae tzerè ante saegol habent, obtinet; ut

מֶלֶךְ	*rex*,	chaldaice	מְלַךְ
בַּעַל	*dominus*,		בְּעַל
טַעַם	*sapor*, *sapientia*,		טְעַם
קֶרֶן	*cornu*,		קְרַן
שֶׁלֶג	*nix*,		תְּלַג
סֵפֶר	*liber*,		סְפַר

Judaei tamen chaldaica scribentes, aliquando et formas saegolatas in Danielis et Esdrae libris retinuerunt, ut Dan. VII. 8. קֶרֶן: quin et eamdem secuti analogiam in terminatione feminina tertiae personae singularis praeteritorum nonnunquam schevà et pathach in duplex saegol mutarunt, ut Dan. V. 10. אֲמֶרֶת, *dixit*, pro אֲמַרַת. Plura dabit paradigma verborum.

3. Cholem hebraeorum saepe transit in kametz; unde fit, ut in chaldaica lingua, *a* litera sit longe frequentissima. Lege alta voce Dan. III. 2. 3. 4., habebisque rei exemplum.

4. Kametz ex cholem ortum est invariabile, atque nec in statu constructo nec in plurali abjicitur. Vide paradigma nominis עָלַם, *saeculum*. Sunt, fateor, libri, qui in statu con-

structo עָלַם scribunt, idque in grammaticas etiam irrepsit; sed, ex analogia syriasmi, altera scribendi ratio, עָלְם, verior videtur.

Chaldaei ubi kamètz habent, syri, seu aramaei occidentales, suam vocalem *zekofo*, id est *o*, substituunt: idque etiam ibi faciunt, ubi hebraei kamètz cum chaldaeis commune habent, ut in terminatione feminina. Contra chaldaei, seu orientales, ipsum illud *zekofo* syrorum, aicubi legant, ut *a* efferunt.

V. *De notis diacriticis.*

Notas diacriticas easdem habent chaldaei, quas hebraei. Omissis ergo, quae ex grammatica hebraica transferri possunt, haec modo memoriae mandemus nova et chaldaismo propria.

1. *Daghesh lene*

a) plane exsulat post jod schevatum, quantumvis illud schevà sit quiescens:

b) multo frequentius, quam apud hebraeos, in tertia radicali desideratur, ubi praecedens schevà quiescens, illud poscere videbatur: idque eo tenendum diligentius, quia nonnullae grammaticae, ex analogia hebraica daghesh ponentes, falsa habent nominum verborumque paradigmata, exemplisque in Daniele et Esdra obviis contraria.

Huc referendum, quod in formis nominum מַלְךְ et מְלַךְ totus pluralis in tertia radicali daghesh non habet, licet habuerit in statu emphatico singularis numeri. Excipienda tamen nomina אֲנַף et עֲנַף. Sunt et alia hujus generis ex paradigmate verborum petenda: sed hic sufficiat, genus exceptionis indicasse, ad quod singula referri exempla paradigmatum poterunt.

2. *Daghesh forte*

a) in verbis mediae radicalis geminatae, ad compensationem mediae radicalis elisae, primae potius, si id fieri po-

sit, quam tertiae radicali imprimitur. Vide paradigma eorum verborum.

b) In ת passivarum conjugationum saepe ponitur, ad compensandum א elisum primae radicalis, et conjugationis Aphel, ut אִתַּקְטַל pro אִתְאַקְטַל.

c) Pro eo substituitur

α) Nun schevatum, literae, ex qua daghesh forte excidit, praemittendum. Frequens hoc in verbis anomalis, sed uno exemplo, rem hebraismo ignotam illustrante, contenti simus. Ab עלל *ingressus est*, dici in Aphel debuisset אַעֵּל aut הַעֵּל, *introduxit*, cum daghesh in ע, si gutturales daghesh admitterent: sed pro eo legimus הַנְעֵל Dan. II., 25. Vide et futura verborum primae radicalis (י). Nec id in verbis solum, sed et in nominibus usu venit.

Est tamen hoc ita peculiare chaldaismo judaico, ut vel syrissmo sit ignotum: natum forte ex errore judaeorum, in exilio chaldaice loqui discentium, qui cum saepe a chaldaeis primam radicalem נ distincte pronuntiari audirent, ubi hebraeis per daghesh in sequente litera compensatur, id ultra modum imitati sunt, etiam, ubi alia de causa geminanda erat litera, daghesh in *nun* schevatum resolventes. Sic forte apud nos indoctior, elegantiam adfectans, pro *collum* scripserit *conlum*, quod videt aliquando a quibusdam se doctioribus *conlega*, pro *collega*, scribi: memini certe, similes errores in lingua germanica committi a plebe inferioris Saxoniae, superioris dialectum imitante.

β) Aleph mobile, post literam, ex qua daghesh abjicitur, ponendum, sono non multum dissimili. Sic pro יִמַּךְ *humiliabitur*, Hos. V., 5. leges יִמְאַךְ. Est hoc contrarium numeri *b*), et forte inde ortum.

3. Pathach gnubha, seu suffuratum, non omnino quidem ignorant libri chaldaici, (vide Dan. v., 24. שְׁלִיחַ); est tamen rarissimum, nec in suffixis, ut in פִּשְׁרַהּ Dan. ii., 6., ante הּ mappikkatum ponitur. (§. XXIV.)

VI. *De tono.*

Tonus ultimam tenere syllabam solet: a qua lege minus etiam frequentes, quam in lingua hebraica, exceptiones; ad quas referes:

1. perpauca saegolata, hebraismi imitatione facta, (§. IV. n. 2.)

2. primam et tertiam personam pluralis praeteritorum, et alia minora. Dualem autem (v. g. רַגְלַיִן) in exceptionibus non numero, quippe cujus *a* et *i* in diphthongum cöeunt, unamque syllabam faciunt.

Est hac parte valde diversus a chaldaismo syriasmus, tonum saepe in penultima figens; idque utriusque dialecti aramaeae dissidium etiam in hebraica manavit. Cum enim Judaeis aramaea lingua per multas aetates esset vernacula, accidit, ut mortuam quoque hebraeam, quam in consonantibus solis bibliorum habebant, ad aramaeae morem adpellarent; qui chaldaice loquebantur, ut qui in Chaldaea aut Judaea proprie sic dicta, Hierosolymisque degebant, chaldaeorum more; quibus syriaca dialectus vernacula, Nisibeni et Galilaei, syriace. Auctores quidem punctorum et accentuum in tono plerumque chaldaeos sequuntur, amantque oxytona; cumque his faciunt judaei hispani, aliique ortu nobiliores, id est, ut verisimiliter praeseferunt, hierosolymitani: nostri contra in Germania et Polonia judaei, pro galilaeis habiti (mesopotamiorum nomine aut nesibenorum eos solarer, si solatio esset), plura etiam quam ipsi

syri faciunt paroxytona, ac toni sedem plerumque in penultima figunt.

DE VERBIS

VII. *Conjugationes.*

Verba, ut apud hebraeos, trilitera, et radices sunt, ex quibus nascitur reliqua vocabulorum sylva. Ab his oriuntur aliqua quadrilitera, eodem, quo apud hebraeos, modo. Habe paradigma conjugationum octo, 1. *Peal*, 2. *Ithpeel*, 3. *Pael*, 4. *Ithpaal*, 5. *Aphel*, 6. *Itthaphal*, 7. *Sceaphel*, 8. *Ischthaphal*: quarum prima, tertia, quinta, et septima, activae sunt; reliquae, secunda, quarta, sexta, octava, passivae. Hebes esset, qui non agnosceret *Peal* esse *Kal* hebraeorum; *Pael*, *Pihel*; *Aphel*, *Hiphil*; cum forma, tum significatione.

Passiva ab activis formantur, praeposita syllaba אִתְ, plane ut apud syros. Hebraismo, ה amanti, acceptum referendum, quod in Daniele et Ezdra nonnunquam syllabam praeformativam הִתְ habent. ת earum characteristicum

1. transponitur cum prima radicali sibilante, et cum ש characteristico conjugationis *Sceaphel*:

2. transpositum mutatur, post ז in ד, et post צ in ט.

Exempli loco sufficiat הִזְדַּמִּנְתּוּן *praeparatis vos*, Dan. 11., 9.

PARTICIPIUM	FUTURUM	IMPERAT.	INFINIT.	PRAETER.	
Activum קָטֵל Passivum קְטִיל	אֶקְטֻל	קְטֻל	מִקְטַל	קְטַל	Peal
Passivum מִתְקְטֵל	אֶתְקְטֵל	אִתְקְטַל	אִתְקְטָלָא	אִתְקְטֵל	Ithpeel
Activum מְקַטֵּל Passivum מְקַטַּל	אֲקַטֵּל	קַטֵּל	קַטָּלָא	קַטֵּל	Pael
Passivum מִתְקַטַּל	אֶתְקַטַּל	אִתְקַטַּל	אִתְקַטָּלָא	אִתְקַטַּל	Ithpaal
Activum מַקְטֵל Passivum מַקְטַל	אֲהַקְטֵל vel אֲקְטֵל	אַקְטֵל	אַקְטָלָא	אַקְטֵל	Aphel
Passivum מִתַּקְטַל	אֶתַּקְטַל	אִתַּקְטַל	אִתַּקְטָלָא	אִתַּקְטַל	Itthaphal
Activum מְשַׁקְטֵל Passivum מְשַׁקְטַל	אֲשַׁקְטֵל	שַׁקְטֵל	שַׁקְטָלָא	שַׁקְטֵל	Sceaphel
Passivum מִשְׁתַּקְטַל	אֶשְׁתַּקְטַל	אִשְׁתַּקְטַל	אִשְׁתַּקְטָלָא	אִשְׁתַּקְטַל	Ischthaphal

Ex his conjugationibus rarior paulo Itthaphal, nec chaldaeis modo, sed et syris in Daniele et Ezdra nusquam occurrit, semperque pro ea hebraicum Hophal ponitur, sed quo nolui numerum conjugationum angere.

Duas addidi a plerisque omissas, Sceaphel, idem fere significans quod Hiphil hebraeorum, ejusque passivum Ischthaphal: e. g. ab עבר faciunt chaldaei שַׁעְבֵּד *servire coëgit*, indeque אִשְׁתַּעְבַּד *servire coactus est*. Hujus conjugationis satis frequens in chaldaismo usus, frequentior certe quam Itthaphal. Alii ejusmodi verba ad quadrilitera retulerunt; aliquando et שׁ, per errorem, pro radicali habuerunt.

In vocali secundae radicalis, multa varietas. De tzerè (vel chirek) et cholem in praeterito Peal nihil jam dico; est enim utrumque ex grammatica hebraica et syriaca notum: de reliqua varietate vocalium praeteriti et futuri Kal infra agam. Id tamen hic scitu necessarium, 1. in praeterito et futuro Ithpeel, 2. in praeterito, imperativo et futuro Pael, 3. in futuro Ithpaal, 4. demum in praeterito, imperativo, et futuro Aphel, non raro sub secunda radicali pathach pro tzerè, aut tzerè pro pathach, quin, et pro utroque, chirek poni. Aliquid hujusmodi in hebraicis quoque libris, maxime in Hiphil, fieri recordabuntur lectores: chirek in Pael (קַטִּל Dan. III., 22.) et similia forte ex eo tempore reliqua, quo tres admodum vocales habens lingua aramaea, una eademque figura *e* et *i* exprimebat.

Conjugatio Aphel, ex puro chaldaismo, habere debet praeformativam א, אַקְטֵל, ut apud Syros et Arabes: in Daniele tamen et Ezdra saepe, hebraismi imitatione, per ה scribitur הַקְטֵל, illudque ה in futuro et participio non raro post praeformativas manet, אֲהַקְטֵל, תְּהַקְטֵל etc. מְהַקְטֵל et מְהַקְטַל.

Tertiam radicalem gutturalem ה et ע, praetereaque ר,

ante se pathach amare, loco aliarum vocalium, ex hebraismo transferendum: nec opus duco, paradigmata verborum gutturalium addere, impedimento futura.

VIII. *De praeterito Peal.*

Praeteritorum per conjugationes omnes eadem in terminatione flexio, ut uno prope paradigmate contentus esse posses; sed quia vocalium praecedentium ratio non eadem, malo singularum conjugationum paradigmata ponere. Peal ergo sic flectitur:

fem.	*commune*	*masc.*		
קְטְלַת		קְטַל	3 pers.	Singularis.
	קְטַלְתְּ		2 pers.	
	קִטְלֵת		1 pers.	
קְטַלָא		קְטַלוּ	3 pers.	Pluralis.
קְטַלְתֵּן		קְטַלְתּוּן	2 pers.	
	קְטַלְנָא		1 pers.	

Mallet forte aliquis paradigma tertiae radicalis *begadchephath*; ut statim dignoscere possit, utrum *daghesh* ponendum sit an *raphe*. Ergo et hoc adjicio, eoque lubentius, quod ab aliis grammaticis hic peccatum, et daghesh ultimae literae sui paradigmatis פקד impressum video, ubi non erat imprimendum.

fem.	*commune*	*masc.*		
פִּקְדַת		פְּקַד	3 pers.	Singularis.
	פְּקַדְתְּ		2 pers.	
	פִּקְדַת		1 pers.	

Plurali non opus. Vides ergo, hic in tertia radicali daghesh non poni, praecedente licet schevà quiescente: idque ne dubium videatur, aliis grammaticis per errorem פִּקְדַּת habentibus, con-

fer exempla Dan. v., 10. תִּקְפַת; vi., 23. עֲבְדַת; vii., 16. קִרְבַת.

Ad libertatem grammaticam et orthographicam, interdum et ad errores eorum, qui puncta adscripserunt, haec referenda, pleraque non in Peal modo, sed et in reliquis conjugationibus, usu venientia, ut adjectis indicabo ceterarum conjugationum exemplis.

Tertia persona feminini singularis, קְטַלַת

1. Nonnunquam per kamètz scribitur, ut Dan. vii., 8. סִלְקָת. Est hic forte lapsus punctatorum, verbum regulare cum verbo tertiae radicalis א confundentium: alii certe codices ad regulam סִלְקַת habent.

2. Pro schevà et pathach, juxta §. IV. n. 4. duplex saegol adsciscit, ut Dan. v., 10. אֲמֶרֶת; ii., 34. הִתְגְּזֶרֶת; ii., 45. אִתְגְּזֶרֶת; mutatoque, sive ob tertiam radicalem ח et ע, sive pro arbitrio librarii, duplici saegol in duplex pathach, Dan. v., 12. הִשְׁתְּכַחַת, Levit. x., 2. נְפַקַת, Proverb. xxxi., 16. נְסַבַת. Quamquam de his codices manuscriptos consulens, nonnunquam alia puncta ad legem paradigmatis invenies, ut Dan. ii., 45. in codice Cassellano אִתְגַּזְרַת, ideoque mihi suasi faciliter hoc duplex saegol et duplex pathach ad manifestos punctorum errores referenda esse. Destituitur certe linguae syriacae occidentalis analogia.

3. Media radicalis vocalem suam servat in בְּטֵלַת, Esdr. iv., 24 (sed ne id quidem sine lectionis varietate, in Cassellano enim codice, primae personae verbum reperi בַּטְלֵת, *cessavi ab opere*, vel *opus cessare jussi*). In Thargumim nonnunquam vocalem cum matre lectionis invenies, ut Genes. xxix., 34. יְלֵידַת *peperit*.

4. Pro chirek sub prima radicali nonnunquam, more syrorum occidentalium, reperies saegol, ut Dan. ii., 13. נֶפְקַת.

Secunda persona masculinorum singularis numeri nonnunquam, more hebraeorum, kamètz sub ת habet, קְטַלְתָּ ut Dan. II., 31. הֲוַיְתָ et V., 32. in codice Cassellano עֲבַדְתָּ; nec sola sic puncto hebraizant, sed est, ubi et consonantes hunc punctatori hebraismum praeiverunt, matre lectionis א vel ה posita, ut Dan. II., 41. חֲזַיְתָה, Ps. LII., 5. רְחֵמְתָּא.

In *prima persona singularis numeri* alicubi reperitur קִטְלֵת et קְטַלֵת; Dan. II., 25. הַשְׁכַּחַת, IV., 33. הָתְקְנַת; sed hic forte error est punctatoris, primam personam cum tertia feminini, iisdem literis scripta, confundentis : duo certe codices Erfurtenses Dan. IV., 33. regulariter habent הָתְקְנֵת.

In Thargumim etiam קְטַלִית et קְטָלִית usitatum, non vocalium modo, sed et literarum alia scriptione: Nempe cum prima et secunda persona, ac tertia denique feminina, iisdem literis קטלת scribatur, possitque (ut saepe fecerunt punctatores) ab imperitis confundi; placuit judaeis, matrem lectionis, qua indigenae et syri occidentales non aegre carent, addere. Exempla sunto Genes. XXIX., 34. יְלֵידִית, Zach. III., 5. אֲמַרִית, III., 9. יְהָבִית, V., 1. זְקַפִּית, IX., 11. פְּרַקִית.

In *tertia persona pluralis numeri* nonnunquam, ad leges quantitatis vocalium hebraicas, kamètz sub media radicali ponitur, קְטָלוּ, קְטָלָא, quin et femininum per ה, קְטָלָה scribitur. Dan. III., 13. הֵיתָיוּ, V., 5. in keri נְפָקָה, VII., 8. in keri אֶתְעֲקָרָה.

Praeter consuetum conjugationis Peal praeteritum, significatione activum, de quo hucusque egi, aliud quoque passivum habent chaldaei, formatum ex participio Peil, hoc typo:

fem.	*commune.*	*masc.*		
קְטִילַת		קְטִיל	3 pers.	Singularis.
	קְטִילְתְּ		2 pers.	
	קְטִילֵת		1 pers.	
קְטִילָא		קְטִילוּ	3 pers.	Pluralis.
קְטִילְתֵּן		קְטִילְתּוּן	2 pers.	
	קְטִילְנָא		1 pers.	

IX. *Praeterita reliquarum conjugationum.*

In terminationibus praeteritorum conjugationes omnes eundem typum servant, quem Peal, ut pene supervacaneum videri possit earum quoque paradigmata adjicere, nisi in vocalium abjectione discreparent. Hoc autem cum ita sit, nolui tirones paradigmata desiderare.

Ithpeel, אִתְקְטֵל, sive per hebraismum הִתְקְטֵל

1. loco chirek in syllaba praeformativa nonnunquam ad morem syrorum occidentalium saegol habet, ut Dan. VII.,8.אֶתְעֲקַרָה. Idem et in reliquis passivis fieri teneamus, ut Dan. III., 19. אֶשְׁתַּנִּי.

2. sub media radicali pathach quoque et chirek admittit, אִתְקְטַל, אִתְקְטִיל, אִתְקְטִל. Tertia autem radicalis, si sit ח vel ע, non admittit solum pathach, sed et poscit: idque semper deinde tenendum, ubi de pathach sub media radicali sermo inciderit. Flectitur autem:

אִתְקְטִלַת		אִתְקְטֵל	3 pers.	Singularis.
	אִתְקְטֵלְתְּ		2 pers.	
	אִתְקְטִלֵת		1 pers.	
אִתְקְטֵלָא		אִתְקְטֵלוּ	3 pers.	Pluralis.
אִתְקְטֵלְתֵּן		אִתְקְטֵלְתּוּן	2 pers.	
	אִתְקְטֵלְנָא		1 pers.	

Pro chireck sub prima radicali, ex schevà orto, licet etiam pathach ponere, אִתְקַטְלַת etc., plane ut syri occidentales ܐܶܬ݂ܩܰܛܠܰܬ flectunt.

Pael קַטֵּל, pro quo nonnunquam reperies קַטִּל, Dan. III., 22., et קַטַּל (hoc quidem semper in verbis tertiae radicalis ח vel ע), vocalem primam abiicere nequit, ob daghesh forte mediam sadicalem geminans.

fem.	*commune*	*masc.*		
כַטְּלַת		קַטֵּל	3 pers.	Singularis.
	קַטֵּלְתְּ		2 pers.	
	קַטְּלַת		1 pers.	
קַטֵּלָא		קַטֵּלוּ	3 pers.	Pluralis.
קַטֵּלְתֵּן		קַטִּלְתּוּן	2 pers.	
	קַטֵּלְנָא		1 pers.	

Ortum hinc Ithpaal, אִתְקַטַּל, אֶתְקַטַּל, et הִתְקַטַּל, hunc typum sequitur :

fem.	*commune*	*masc.*		
אִתְקַטְּלַת		אִתְקַטַּל	3 pers.	Singularis.
	אִתְקַטַּלְתְּ		2 pers.	
	אִתְקַטְּלַת		1 pers.	
אִתְקַטַּלָא		אִתְקַטַּלוּ	3 pers.	Pluralis.
אִתְקַטַּלְתֵּן		אִתְקַטַּלְתּוּן	2 pers.	
	אִתְקַטַּלְנָא		1 pers.	

In secunda persona pluralis numeri fas quoque est, chirek sub media radicali ponere, ut, in keri, Dan. II., 9. הִזְדַּמִּנְתּוּן. (De transpositione et mutatione ת characteristici relege §. VII.)

Aphel, אַקְטֵל, vel, hebraizante scriptione, הַקְטֵל, sub media radicali pathach quoque et chirek admittit, אַקְטַל, אַקְטִל: inque verbis tertiae radicalis ח vel ע, pathach poscit. Flectitur:

fem.	*commune*	*masc.*		
אַקְטְלַת		אַקְטֵל	3 pers.	Singularis.
	אַקְטֵלְתְּ		2 pers.	
	אַקְטְלֵת		1 pers.	
אַקְטֵלָא		אַקְטֵלוּ	3 pers.	Pluralis.
אַקְטֵלְתֵּן		אַקְטֵלְתּוּן	2 pers.	
	אַקְטֵלְנָא		1 pers.	

Hinc formatum Hophal chaldaismi biblici flectitur:

fem.	*commune*	*masc.*		
הָקְטְלַת		הָקְטַל	3 pers.	Singularis.
	הָקְטַלְתְּ		2 pers.	
	הָקְטְלֵת		1 pers.	
הָקְטַלָא		הָקְטַלוּ	3 pers.	Pluralis.
אָקְטַלְתֵּן		הָקְטַלְתּוּן	2 pers.	
	הָקְטַלְנָא		1 pers.	

Itthaphal אִתַּקְטַל, contractum ex אִתְאַקְטַל: est tamen ubi et pleniorem formam invenies, quamquam, ut in conjugatione rarissima, rarissime: exemplo sit ex Thargum Pseudo-Jonathanis Gen. III., 18. יִתְאַפְרַשׁ; ה pro א positum me legere non memini: Flectitur:

fem.	*commune*	*masc.*		
אִתַּקְטְלַת		אִתַּקְטַל	3 pers.	Singularis.
	אִתַּקְטַלְתְּ		2 pers.	
	אִתַּקְטְלֵת		1 pers.	

fem.	*commune*	*masc.*		
אִתְקְטַלָא		אִתְקְטַלוּ	3 pers.	Pluralis.
אִתְקְטַלְתֵּן		אִתְקְטַלְתּוּן	2 pers.	
	אִתְקְטַלְנָא		1 pers.	

Sceaphel, שַׁקְטֵל et שַׁקְטַל, ejusque passivum אִשְׁתַּקְטַל hunc typum sequuntur.

fem.	*commune*	*masc.*		
שַׁקְטְלַת		שַׁקְטֵל	3 pers.	Singularis.
	שַׁקְטֵלְתְּ		2 pers.	
	שַׁקְטְלֵת		1 pers.	
שַׁקְטֵלָא		שַׁקְטֵלוּ	3 pers.	Pluralis.
שַׁקְטֵלְתֵּן		שַׁקְטֵלְתּוּן	2 pers.	
	שַׁקְטֵלְנָא		1 pers.	
אִשְׁתַּקְטְלַת		אִשְׁתַּקְטַל	3 pers.	Singularis.
	אִשְׁתַּקְטַלְתְּ		2 pers.	
	אִשְׁתַּקְטְלֵת		1 pers.	
אִשְׁתַּקְטַלָא		אִשְׁתַּקְטַלוּ	3 pers.	Pluralis.
אִשְׁתַּקְטַלְתֵּן		אִשְׁתַּקְטַלְתּוּן	2 pers.	
	אִשְׁתַּקְטַלְנָא		1 pers.	

X. *De infinitivis.*

Infinitivus Peal praeformativam literam מ habet, מִקְטַל, plane ut apud syros; sed quae (hoc chaldaismo proprium) post praefixum ל excidit. (Vide praefixa §. XXXVI.)

Reliquarum conjugationum infinitivi unius formae sunt, nominis nempe feminini in א desinentis. Vide paradigma. Est autem in rarioribus notandum, quod hic chaldaismus a syriasmo occidentali, infinitivos a מ incipiente, et in ו pro ות posito finiente, (ܡܬܩܛܠܘ id est מִתְקְטָלוּ), non voca-

libus solum, sed aliquando etiam literis differt. Ante suff. tamen, chaldaeorum quoque infinitivi terminationem וּת adsciscunt, ut Dan. vi., 15: שֵׁיזָבוּתֵהּ; vi., 21. שֵׁיזָבוּתָךְ; Ezdr. v., 10. לְהוֹדָעוּתָךְ.

XI. *De imperativis.*

Imperativum non activis solum conjugationibus, sed et passivis chaldaeorum, dare solent grammatici; quos, licet jamjam exemplorum lecti a me imperativi passivi recordari nequeam, sequor tamen, quia apud syros occidentales passiva imperativum habent.

Imperativus Peal defective scribitur קְטֻל, plane ut futurum. Media radicalis kibbutz habet, sed pro quo non paucis in verbis, maxime in his, quorum tertia radicalis est ח, ע, et ר, pathach vel kamètz ponitur: שְׁלַח, אֱמַר, et Dan. iv., 15. אֱמָר. Flectitur:

	fem.	*masc.*	
	קְטֻלִי	קְטֻל	sing.
	קְטֻלָנָא	קְטֻלוּ	plur.
Ithpeel	אִתְקְטֵלִי	אִתְקְטֵל	sing.
	אִתְקְטֵלָנָא	אִתְקְטֵלוּ	plur.

Pael, sub media radicali, pathach et chireck admittens, (Dan. iv., 11. קַצִּצוּ exemplo esto) sic flectitur:

	קַטֵּלִי	קַטֵּל	sing.
	קַטֵּלָנָא	קַטֵּלוּ	plur.
Ithpaal:	אִתְקַטַּלִי	אִתְקַטַּל	sing.
	אִתְקַטַּלָנָא	אִתְקַטַּלוּ	plur.

In Aphel, triplicem vocalem praeteritorum ad imperativos transferto; ac scito, in plurali masculinorum chirek frequentius poni:

fem.	*masc.*	
אַקְטֵלִי	אַקְטֵל	sing.
אַקְטֵלְנָא	אַקְטִלוּ	plur.

Hinc Ittaphal, sed quod, exemplorum defectu ob raritatem conjugationis, ex analogia pono:

אִתַּקְטַלִי	אִתַּקְטַל	sing.
אִתַּקְטַלְנָא	אִתַּקְטַלוּ	plur.

Sceaphel

שַׁקְטֵלִי	שַׁקְטֵל	sing.
שַׁקְטֵלְנָא	שַׁקְטֵלוּ	plur.

Ischthaphal

אִשְׁתַּקְטַלִי	אִשְׁתַּקְטַל	sing.
אִשְׁתַּקְטַלְנָא	אִשְׁתַּקְטַלוּ	plur.

XII. *De futuris.*

Futurum Peal אֶקְטֻל, kibbùtz sub media radicali habet, et defective, id est sine ו, scribitur; qua in re notari a peritioribus velim diversitatem chaldaicae orthographiae a syriaca occidentali. Nempe in hoc futuro, ubi media radicalis vocalem habet matrem lectionis *vau*

1. Syri occidentales ponunt: ܐܶܩܛܘܿܠ, ܬܶܩܛܘܿܠ, ܢܶܩܛܘܿܠ, ܬܶܩܛܘܿܠ,

2: Chaldaei et Arabes non ponunt: אֶקְטֻל, اقتل,

3. Hebraei, inter utrosque hic medii, jam ponunt, frequentius etiam omittunt.

Est tamen, ubi et ex hebraismi imitatione יִקְטוֹל scribitur, ut Levit. IV., 4. יִסְמוֹךְ.

Loco kibbûtz licet quoque sub media radicali tzerè et pathach ponere, nec tamen pro arbitrio, sed certo usu. Pathach amant verba tertiae radicalis ח, ע, et ר, itemque neutra, semipassiva, et, quae his accensentur in Oriente, verba adfectuum. Ne tamen quidquam dissimulem, non eadem hujus legis constantia in chaldaicis, quae in syriacis, arabicis et hebraicis: librarii enim, qui linguam non a matre, sed a magistris didicerant, puncta adjecerunt, inque eo negotio saepe negligentiam cum linguae ignorantia conjunxerunt.

Tertia persona sing. numeri masculini generis (י) praeformativum habet, יִקְטֹל, plane ut apud hebraeos et arabes: qua in re longissime a syriasmo occidentali, ܢܶܩܛܽܘܠ habente, secedit chaldaismus:

fem.	*commune*	*masc.*		
תִּקְטֹל	.	יִקְטֹל	3 pers.	Singularis.
תִּקְטְלִין		תִּקְטֹל	2 pers.	
	אֶקְטֹל		1 pers.	
יִקְטְלָן		יִקְטְלוּן	3 pers.	Pluralis.
תִּקְטְלָן		תִּקְטְלוּן	2 pers.	
	נִקְטֹל		1 pers.	

Tertia persona feminina pluralis numeri (י) praeformativum habet, iterum arabismo conformis: hebraeis enim per ת, syris occidentalibus per נ initiale scribitur.

Ad eundem typum reliquas quoque conjugationes flectes: ne quid autem desiderent tirones, habebunt paradigmata. Com-

pendii caussa sufficiat semel monere, quod semper tenendum; in quarum conjugationum praeteritis pathach, tzerè, et chirek sub media radicali alternant, idem et in futuris usu venire: e. g. תִּשְׁתְּבִק

fem.	*commune.*	*masc.*		
תִּתְקְטֵל		יִתְקְטֵל	3 pers.	Singularis.
תִּתְקַטְלִין		תִּתְקְטֵל	2 pers.	
	אֶתְקְטֵל		1 pers.	
יִתְקַטְלָן		יִתְקַטְלוּן	3 pers.	Pluralis.
תִּתְקַטְלָן		תִּתְקַטְלוּן	2 pers.	
	נִתְקְטֵל		1 pers.	

In tertia radicali *bgadchephath* hic quoque daghesh lene poni non solet, licet praecesserit schevà quiescens: Exod. XXXIV., 16. יִתְעַבְדָן.

Pael flectitur:

תְּקַטֵּל		יְקַטֵּל	3 pers.	Singularis.
תְּקַטְּלִין		תְּקַטֵּל	2 pers.	
	אֲקַטֵּל		1 pers.	
יְקַטְּלָן		יְקַטְּלוּן	3 pers.	Pluralis.
תְּקַטְּלָן		תְּקַטְּלוּן	2 pers.	
	נְקַטֵּל		1 pers.	

Ithpaal:

תִּתְקַטַּל		יִתְקַטַּל	3 pers.	Singularis.
תִּתְקַטְּלִין		תִּתְקַטַּל	2 pers.	
	אֶתְקַטַּל		1 pers.	
יִתְקַטְּלָו		יִתְקַטְּלוּן	3 pers.	Pluralis.
תִּתְקַטְּלָו		תִּתְקַטְּלוּן	2 pers.	
	נִתְקַטַּל		1 pers.	

Aphel אַקְטֵל, vel servato ה characteristico אֲהַקְטֵל, flectitur:

fem.	*commune*	*masc.*		
תַּקְטֵל		יַקְטֵל	3 pers.	Singularis.
תַּקְטְלִין		תַּקְטֵל	2 pers.	
	אַקְטֵל		1 pers.	
יַקְטְלָן		יַקְטְלוּן	3 pers.	Pluralis.
תַּקְטְלָן		תַּקְטְלוּן	2 pers.	
	נַקְטֵל		1 pers.	

Itthaphal:

תִּתַּקְטַל		יִתַּקְטַל	3 pers.	Singularis.
תִּתַּקְטְלִין		תִּתַּקְטַל	2 pers.	
	אֶתַּקְטַל		1 pers.	
יִתַּקְטְלָן		יִתַּקְטְלוּן	3 pers.	Pluralis.
תִּתַּקְטְלָן		תִּתַּקְטְלוּן	2 pers.	
	נִתַּקְטַל		1 pers.	

Sceaphel:

תְּשַׁקְטֵל		יְשַׁקְטֵל	3 pers.	Singularis.
תְּשַׁקְטְלִין		תְּשַׁקְטֵל	2 pers.	
	אֲשַׁקְטֵל		1 pers.	
יְשַׁקְטְלָן		יְשַׁקְטְלוּן	3 pers.	Pluralis.
תְּשַׁקְטְלָן		תְּשַׁקְטְלוּן	2 pers.	
	נְשַׁקְטֵל		1 pers.	

Eschthaphal:

תִּשְׁתַּקְטַל		יִשְׁתַּקְטַל	3 pers.	Singularis.
תִּשְׁתַּקְטְלִין		תִּשְׁתַּקְטַל	2 pers.	
	אֶשְׁתַּקְטַל		1 pers.	
יִשְׁתַּקְטְלָן		יִשְׁתַּקְטְלוּן	3 pers.	Pluralis.
תִּשְׁתַּקְטְלָן		תִּשְׁתַּקְטְלוּן	2 pers.	
	נִשְׁתַּקְטַל		1 pers.	

XIII. *De participiis.*

Paradigmata flexionis participiorum hic omissa, §. XXII. invenies.

Peal duo habet participia:

1. Activum קָטֵל, cujus kamètz est invariabile (§. IV. num. 3.) Pro tzerè nonnunquam chirek scriptum, ut יָכִל. Dan. III., 17.; IV., 34.

2. Passivum Peil קְטִיל, cum chirek invariabile.

In Ithpeel pro מִתְקְטֵל nonnunquam invenies מִתְקְטִיל, ut Job. V., 3. מִתְנְצִיב.

Pael, Aphel, et Sceaphel duplex participium habent:

1. Activum, ex tzerè sub media radicali agnoscendum: pro quo tzerè tamen et chirek poni potest, ut מְמַלִּל Dan. VII., 20.

In verbis tertiae radicalis ח, ע et ר, tzerè in pathach mutatur, quod ubi fit, nec sono nec scriptione distingui participium activum a passivo potest, sed sola serie orationis.

2. Passivum ex pathach sub media radicali agnoscendum: Haec participia in solo statu absoluto masculinorum vocalibus diversa sunt, in statu emphatico pluralique masculinorum, et in femininis, nec literis nec punctis differunt; utque exemplo utar, מְקַטְּלָתָא, מְקַטְּלָא; מְקַטְּלִין, מְקַטְּלֵי; מְקַטְּלַיָּא, מְקַטְּלָן מְקַטְּלַת activa et passiva esse possunt, utcumque voluerit nexus orationis.

In Aphel post praeformativam literam מ non raro ה characteristicum hebraizans servatur, ut מְהַחְצְפָה, Dan. II., 15.; מְהַשְׁנֵא II., 21.

XIV. *Verba primae radicalis Aleph.*

Ad Anomala venio. De verbis gutturalibus, itemque ר habentibus, non opus est dicere; anomalias enim et paucas habent, ad omissionem daghesh fortis, schevà compositum loco simplicis, et pathach loco aliarum vocalium ponendum redeuntes, ex grammatica hebraica satis notas. Verbi autem primae radicalis א, quod praeter anomalias gutturalium, alias quoque quiescentium literarum habet, paradigma omnino dandum: solas omittam conjugationes Sceaphel et Ischthaphal, tum quod earum certa exempla in his Verbis nondum collegi, (quae enim habeo, de illis forte alius aliter judicet, putetque esse primae radicalis שׁ), tum brevitatis studio.

ITTHAPHAL	APHEL	ITHPAAL	PAEL	ITHPEEL	PEAL
אִתּוֹכַל	אוֹכֵל אַיְכֵל אֵיכֵל	אִתְאַכַּל אִתַּכַּל	אַכֵּל	אִתְאֲכַל אִתְּכַל	אֲכַל Praet.
אִתּוֹכָלָא	אוֹכָלָא	אִתְאַכָּלָא אִתַּכָּלָא	אַכָּלָא	אִתְאֲכָלָא אִתְּכָלָא	מֵאכַל Infin. מֵיכַל
אִתּוֹכַל	אוֹכֵל	אִתְאַכַּל אִתַּכַּל	אַכֵּל	אִתְאֲכַל אִתְּכַל	אֱכֻל Imper. אֲכֻל
אִתּוֹכַל	אוֹכֵל	אֶתְאַכַּל אֶתַּכַּל	אֲאַכֵּל אַכֵּל	אֶתְאֲכֵל אֶתְּכֵל	אֵיכֻל Futur.
מִתּוֹכַל	מוֹכֵל	מִתְאַכַּל	מְאַכֵּל מַכֵּל	מִתְאֲכַל מִתְּכַל	אָכֵל Partic. 1.
	מוֹכַל		מְאַכַּל מַכַּל		אֲכִיל Partic. 2.

Praeteritum Peal flecte:

fem.	*commune*	*masc.*		
אֲכְלַת		אֲכַל	3 pers.	Singularis.
	אֲכַלְתְּ		2 pers.	
	אַכְלֵת		1 pers.	
אֲכַלָא		אֲכַלוּ	3 pers.	Pluralis.
אֲכַלְתֵּן		אֲכַלְתּוּן	2 pers.	
	אֲכַלְנָא		1 pers.	

In conjugationibus Ithpeel et Ithpaal duplex forma usitata, quarum altera, א abjiciens et per daghesh compensans in Thargumim saepe, in chaldaismo biblico, si recte memini, nunquam occurrit.

In tota conjugatione Aphel, ejusque passivo, א fit

1. plerumque ו quiescens in cholem:

2. nonnunquam (י) sive quiescens sive diphthongescens, הֵימִין, הַיְתִי Dan. III., 13.; V., 2. 3. 13. 23.; VII., 17. 25. Observant autem in hoc verbo היתי, ubi passive accipitur, *adductus est*, cum (י) quiescente scribi, הֵיתִי Dan. III., 13.; VI., 18. In Itthaphal inde fit יִתֵּיתֵי Levit. XIII., 2.; XIV., 2.

Ex infinitivo Peal nonnunquam א plane excidit, מֵזֵא Dan. III., 9.

Imperativus Peal irregulariter, vel potius vitiose, אֲזֶל scribitur, Ezdr. V., 15., errore, ut puto, punctatoris. Regulariter ibi habet codex Casellanus אֱזֶל.

In futuro Kal א primae radicalis post praeformativum א semper transit in (י), אֵיכֻל: alia autem praeformativa litora praecedente, liberum est תֵּאכֻל et תֵּיכֻל scribere.

In futuro et participiis Pael duplex, ut apud syros, flexio; יְאַכֵּל, et א eliso יַכֵּל. In prima persona sing. semper א radi-

calis excidit, nec unquam scribitur אֲאֲכֻל, licet in paradigmate posuerim, ne altera futuri forma, in reliquis personis usitata, desideraretur.

XV. *Verbum primae radicalis Jod.*

Verborum primae radicalis (י) solae conjugationes. Peal et Aphel notandae: reliquae enim aut regulares sunt, aut ex his pendent.

Peal in infinitivo et futuro triplicem formam habet:

1. (י) in tzerè quiescentis, מֵילַד, אֵילַד:

2. (י) elisi, et per daghesh forte compensati, מִלַּד, אִלַּד.

3. Hujus daghesh in נ schevatum resoluti, מִנְלַד, אִנְלַד; sic a verbo יְדַע reperies אֶנְדַּע, vel secundum alios אִנְדַּע Dan. II., 9. תִּנְדַּע II., 30.; IV., 22. 23. 29.; Ezdr. IV., 15.; יִנְדְּעוּן Dan. IV., 14.

In futuro etiam sciendum, haec verba, plane ut apud hebraeos, pathach et tzerè sub media radicali amare: reperitur tamen יִכֻל et יוּכַל Dan. II., 10.; III., 29.; itemque in kethib תוכל, et in keri תִּכֻל Dan. V., 16.

Imperativus, abjecto (י), habet לֵד, דַע etc.

In Aphel duplex forma usitata:

1. Frequentior, (י) in ו quiescens mutans, plane ut apud hebraeos, praet. אוֹלֵד, infin. אוֹלָדָא, fut. אוֹלֵד vel אֲהוֹלֵד, part. מוֹלֵד vel מְהוֹלַד.

Hinc in Daniele formatur Hophal, posito schurek pro cholem, הוּסְפַת IV., 33., et in Thargumim Itthaphal, אִתּוֹקַד Lev. IV., 12.; VI., 9. 30.; VII., 19.; X., 16.; XIII., 52. יִתּוֹסְפוּן Zach. II., 11.

2. Servato (י), et quiescente in tzerè, הֵיבַל Ezdr. V., 14. תֵּיטִיב Psalm. XLIX., 19.

Quam alii addunt formam אֲלֵךְ, citantes אַפֵּק Jud. xi., 18. certiore exemplo opus habet: potest enim אַפֵּק ad radicem נקף referri.

Sceaphel horum verborum paucis exemplis cognitum: in שֵׁיצִי, vel, ut thargumistae punctarunt, שֵׁיצֵי, *exitium attulit*, a יצא, (י) quiescens habet; in aliis forte ו quiescens.

XVI. *De verbis mediae radicalis Vau vel Jod quiescentis.*

Verba ו vel (י) mediae radicalis typo flexionis conveniunt, licet radice sint diversa; nec enim illis accedere grammaticis velim, qui verba mediae radicalis (י) omnino tollunt, licet fatear, rariora esse apud chaldaeos.

Flectuntur ergo in praeterito Peal: (tonum, addita post vocalem linea, notabo):

fem.	*commune*	*masc.*		
קָמַת		קָם	3 pers.	Singularis.
	קָמְתְּ		2 pers.	
	קָמֵת		1 pers.	
קָמָא		קָמוּ	3 pers.	Pluralis.
קַמְתֵּן		קַמְתּוּן	2 pers.	
	קַמְנָא		1 pers.	

Tertia persona sing. fem. קָמַת tonum in ultima syllaba habere creditur a grammaticis, idque est syriasmo occidentali analogum: cum tono tamen in penultima legitur Dan. iv., 30. סָפַת. Sed sunt puncta in chaldaicis fere ad lubitum posita, atque hoc ipso in loco fluctuantia: Cassellanus enim habet ספת; quapropter grammaticos analogiamque syriacae linguae secutus sum.

In prima persona singularis, tono etiam retracto, invenies, שָׂמֶת Ezdr. VI., 12.; שָׂמֶת Deut. IX., 21.; inque Aphel Dan. III., 14. הֲקֵימֶת, vel defective הֲקֵמֶת.

Infinitivus Peal מְקָם vel מִקָּם scribitur. Exempla invenies Jos. IV., 9.; Jerem. XVIII., 20. Posterior punctatio syriasmo analoga.

Imperativus קוּם, fut. אֲקוּם habet, facili reliqua flexione, nec paradigmatis novi indigente. Invenies tamen et תְּנֻד defective scriptum, Dan. IV., 11. et יְהָךְ, atque יְהָךְ Ezdr. V., 5.; VI., 5.; VII., 13.

Praeteritum, imperativum et futurum invenies quoque per chirek et jod scripta, מִית, סִיב, שִׂימוּ Ezdr. IV., 21. Haec ad mediam radicalem (י) referes, intercedentibus tamen grammaticis aliis.

In participio Peal, si nulla accedat terminatio, ו mutatur in א mobile, קָאֵם; accedente terminatione, ut feminini, status constructi, pluralis numeri, suffixi, hoc א plerumque transit in (י), קָיְמִין; nonnunquam tamen et manet. Vide keri et kethib Dan. II., 38.; III., 31.; IV., 32.; VI., 26.

Participium Peil contrahitur in קִים. Ortum inde praeteritum passivum Dan. VI., 18. scribitur per kibbütz, שֻׂמַת, vereor, ut recte; analogia enim posceret שִׂמַת.

In tota conjngatione Ithpeel ו elisum compensatur in ת praeformativo per daghesh forte;

Praet.	אִתְּקֵם
Infinit.	אִתְּקָמָא
Imperativ.	אִתְּקֵם
Futurum	אֶתְּקֵם
Particip.	מִתְּקֵם

Hic quoque suspecta puncta esse possent, nisi illis opem ferret syriasmus occidentalis, bis etiam posita litera ת, scribens ܐܬܬܫܡ etc. ת daghesshatum regulae 1. paragraphi VII. non subjectum est, id est non transponitur cum prima radicali sibilante. Vide Ezdr. IV., 21. יִתְּשָׂם, Dan. II., 6. יִתְּשָׂמוּן Ezdr. V., 8. מִתְּשָׂם.

Habet praeterea haec conjugatio aliam formam, propius ad syriasmum accedentem, אִתְּקִים, in omnibus temporibus modisque usitatam, ut יִתְּזִין Dan. IV., 9., יִתְּכִיל Jer. XXXIII., 22.

Huc et referendum אִתְּבִין Job. XXVIII., 23. quod vitiose punctatum אִתְּבַּיִן alii in exceptionibus singularibus numerant.

In Pael et Itthaphal nihil anomaliae, nisi quod media radicalis solet in (י) mobile mutari, קַיֵּם, אִתְקַיַּם. Notum id ex hebraismo. Forma Poël מְרוֹמֵם et הִתְרוֹמַמְתָּ Dan. IV., 34.; V., 23. hebraizat, estque in chaldaicis rarior.

Aphel habet in

Praeterito	אֲקִים
Infinitivo	אֲקָמָא
Imperativo	אֲקִים
Futuro	אֲקִים
Participio 1.	מְקִים
Participio 2.	מְקָם

Non repetam, pro chirek quoque tzerè poni posse: sed haec modo monebo:

1. Licet etiam praeformativis futuri et participii kamètz subjicere, ut Dan. II., 44. תָּסֵף; V., 19. מָרִים.

2. Formam integram futuri, quae ה characteristicum servat, licet utroque modo punctare, אֲהָקֵים et אֲהֲקִים Dan. II., 21.; V., 21.; Ezdr. VI., 18.

3. Ab Aphel oritur Hophal הקימת Dan. VII., 4. 5. fluctuante punctatione inter הֳקִימַת, הֻקִימַת, Cassellanique codicis lectionem הֲקִימַת. Prima analogiae optime conveniens.

4. מְעִיק *arctatus*, 1. Sam. XXII., 2., non est, ut punctator voluit, participium Aphel, sed passivum Pael, punctisque his instrui debuisset, מְעַיַּק. Hanc observationem, in uno exemplo positam, ad plura similia transferes.

XVII. *De verbis tertiae radicalis Aleph et He quiescentis.*

Verba hebraeorum tertiae radicalis א et ה quiescentis nullo indicio distinguunt chaldaei: universa per א scribunt, cujus loco in Daniele quidem et Ezdra non raro ה ponitur, sed promiscue, nullaque certa orthographiae lege. Scriptio per א est genuina aramaea, apud syros quoque occidentales sola usu recepta.

In praeterito Peal duplex flexio:

fem.	*commune*	*masc.*		
מְלָת		מְלָא	3 pers.	Singularis.
	מְלֵיתָ		2 pers.	
	מְלִית		1 pers.	
מְלָאָא		מְלוֹ	3 pers.	Pluralis.
מְלֵיתֵן		מְלֵיתוּן	2 pers.	
	מְלֵינָא		1 pers.	

Tertia persona sing. fem. מְלָת scribi quoque potest

1. plene servato א, מְלָאת Dan. II., 35.

2. per pathach, הֲוַת Dan. II., 35. מְטַת Dan. IV., 19. 21. quin et aliqui codices, quos inter Cassellanus, pleniorem quoque formam per pathach scribunt, מְלַאת Dan. II., 35.

Quod in secunda persona ת sine daghesh habeo, secus quam alii grammatici, in eo secutus sum auctoritatem exemplorum Dan. II., 31. 34. 41. 43.; IV., 17. analogiamque regulae §. V. 1. a). Anomalice (י) quoque schevà destitui videbis Dan. IV., 19. רְבַית, sed cum varietate lectionis.

(י) quiescens primae personae moveri incipit, accedente suffixo, Dan. IV., 27. בְּנַיְתַהּ *aedificavi illam.*

Typus alter, quem reliquae conjugationes omnes sequuntur, hic est:

fem.	*commune*	*masc.*		
מְלִיַּת		מְלִי	3 pers.	Singularis.
	מְלִיתְ		2 pers.	
	מְלִית		1 pers.	
מְלִיאָא		מְלִיאוּ et מְלִיוּ	3 pers.	Pluralis.
מְלִיתֵן		מְלִיתוּן	2 pers.	
	מְלִינָא		1 pers.	

Ad hunc typum flectes cum nonnulla verba Peal, atque omnia Peil, tum praeterita reliquarum conjugationnm omnia, אִשְׁתַּמְלִי, שַׁמְלִי; אִתַּמְלִי, אַמְלִי; אִתְמַלִּי, מַלִּי; אִתְמְלִי.

Quod tertiam fem. sing. מְלִיַּת cum (י) daghesshato scripsi, ac plur. מְלִיאָא cum א duplici, feci equidem exemplorum auctoritate; nec tamen reprehendo grammaticos, qui aliter habent. Colligam, forte in posterum, utrinsque scriptionis exempla... In eadem tertia persona invenies quoque in singulari הֵיתַיִת, et in plurali הֵיתִיו Dan. III., 13.; VI., 18.

Infinitivi sunt, in Peal מִמְלֵא. Invenies tamen et mutato א in (י), מֶחְמֵי Hos. I., 2. et, ac si esset in statu emphatico, מִבְנְיָה Ezdr. V., 9. Ante suffixa regulariter א in (י) transit; Dan. III., 19. מֵזְיֵהּ.

In Ithpeel, אִתְמְלָאָא.

In Pael, מַלָּאָא etc.

Imperativi sunt, Peal מְלִי vel מְלֵי, Ithpeel אִתְמְלֵי, Pael מַלִּי, Ithpaal אִתְמַלִּי, Aphel אַמְלֵי, flectunturque;

fem.	masc.	
מְלָי	מְלִי	sing.
מְלָנָא et מְלָן	מְלוֹ	plur.

Sciendum autem, kamèts in מְלָי non licentia punctatorum poni, sed ex regula, atque syriasmi occidentalis analogia.

Futura omnia, in (א_), (ה_), (י_) aut (י.) desinentia sic flectes:

fem.	commune	masc.		
תִּמְלֵא		יִמְלֵא	3 pers.	Singularis.
תִּמְלֵין		תִּמְלֵא	2 pers.	
	אֶמְלֵא		1 pers.	
יִמְלְיָן		יִמְלוֹן	3 pers.	Pluralis.
תִּמְלְיָן		תִּמְלוֹן	2 pers.	
	נִמְלֵא		1 pers.	

reperies tamen et יְהַעְדּוֹן Dan. VII., 26. יִשְׁתַּנּוֹ v., 10.

Participiorum activi Peal מָלֵא, Peil מְלֵא et מְלִי, Ithpeel מִתְמְלֵי, Pael activi מְמַלֵּא et מְמַלֵּי (Dan. v., 12.), passivi מְמַלָּי, Ithpaal מִתְמַלֵּי, Aphel activi מַמְלֵי et מַמְלֵא, passivi מַמְלֵי, etc. flexionem ex §. XXII. disces.

XVIII. *De verbis defectivis et geminatis.*

Verba primae radicalis נ eamdem habent anomaliam, quam apud hebraeos, נ schevatum in medio vocis elidentia, et per daghesh compensantia; quae cum ex grammatica hebraica satis

nota sit, non opus duco paradigma adscribere. Id unum sciendum, frequentius apud chaldaeos נ schevatum retineri, verbumque ad paradigma regulare flecti. Vide Dan. II., 16.; Ezdr. IV., 13.; VII., 20. In אֲחַת Esdr. V., 15. Schevà ante literam daghesshandam positum consuetis regulis repugnat; magis analogice habet Cassellanus אֲחֵת.

De Verbis mediae radicalis geminatae tenendum, chaldaeos mediam literam elisam, modo id fieri possit, in prima radicali compensare, אַדֵּק pro אַדְקֵק; fieri autem ubi id nequit, tertiae radicali daghesh compensativum imprimere: porro daghesh forte primae radicalis nonnunquam in נ schevatum resolvere. Vide §. V. 2. α) הַנְעֵל Dan. II., 25.; VI., 19. הַנְעָלָה IV., 3.

Praeteritum Peal flecte:

fem.	*commune*	*masc.*		
קַלַּת		קַל	3 pers.	Singularis.
	קַלְתְּ		2 pers.	
	קַלֵּת		1 pers.	
קַלָּא		קַלּוּ	3 pers.	Pluralis.
קַלְתֵּן		קַלְתּוּן	2 pers.	
	קַלְנָא		1 pers.	

Quod Dan. II., 35. invenies דָּקוּ, forte ad lapsus punctatoris referendum; in Cassellano certe codice per pathach et daghesh forte scribitur. עַלֵּלת Dan. V., 10. duplex est et diversa lectio a librario et punctatore in unam conscripta: nempe alii codices habebant ad formam paradigmatis perfecti עללת, quod עִלְלַת adpellari debuisset; alii עַלַּת: illam lectionem secuti sunt, qui consonantes; hanc, qui puncta descripserunt. Est ergo aliquod tanquam keri et kethib.

Infinitivus est מִקַּל, si prima radicalis gutturalis sit, ad

regulam gutturalium mutandus, ut מְחַן, מֵעַל: imperativus קוֹל vel קֹל, sic flectendus:

fem.		masc.	
קֹלִי		קֹל	sing.
קֹלְנָא		קֹלוּ	plur.

Futurum:

fem.	commune	masc.	
	אֶקֹּל		sing.
etc. תִּקְּלִין		תִּקֹּל	

Participium activum, sive perfecte formari potest קָלֵל Levit. XVI., 2. 3., sive contracte קָל. In Daniele illam formam literae, hanc puncta sequuntur, עָלְלִין IV., 4., עָלְלִין V., 8.

Tota conjugatio Ithpeel duplicem flexionem habet, integram, אִתְקְלֵל, et contractam, media radicali in ת characteristico compensata, אִתְּקֵל. Ad hanc referes אִתְּעֵל et יִתְּעֵל Levit. X., 19.; XI., 32. si puncta sequaris; potest enim et demtis punctis esse Itthaphal.

Pael et Ithpaal omni anomalia vacant: קַלְקֵל enim non ad illas, sed ad quadrilitera referendum.

Aphel אַקֵּל, Itthaphal אִתַּקַּל, Sceaphel שַׁקֵּל, pro quibus, et forma integra, invenies תַּטְלֵל Dan. IV., 9. et in Thargumim שַׁחְרֵר *manumisit*, אִשְׁתַּחְרַר *manumissus est*, paradigmate opus non habent. הָעָלָה Dan. V., 7. saegol habet ob sequentem gutturalem kametzatam; הָעַל et הָעֲלוּ Dan. V., 13. 15. ad Hophal pertinet. Sceaphel in forma contracta simulat verbum primae radicalis שׁ, unde factum, ut per errorem sed usu confirmatum, nova verba primae radicalis שׁ confingerentur. A חמם *incaluit*, est Aphel שַׁחֵם, *urere*, *denigrare*; sed inde in Peal exstitit שְׁחַם *nigrescere*, cum suis derivatis.

DE NOMINIBUS.

XIX. *Genus nominum.*

Genus nominum duplex, masculinum et femininum, significatione noscitur et terminatione; illa, ut apud hebraeos; hac, ut *feminina* sint in *a*, *i* et *u* terminata, reliqua omnia *masculina*. Quod ut paulo dicam distinctius, primo sciendum, terminationem non dici literas omnes vel syllabas, in quas nomen desinit, sed solas serviles. Jam sunt feminina, quae in statu absoluto singularis numeri terminantur

1. in (אָ), seu ejus loco, ex imitatione hebraismi, in (הָ), ut חָכְמָא *sapientia.*

2. in וּ et (יִ), ut מַלְכוּ, גְּלָוִי, nempe haec sunt apocopata pro מַלְכוּת et גְּלָוִית, ת etiam, quod apud hebraeos nota feminini est, in statu constructo redituro.

Scio, quod huic regulae addi posset, רִבּוֹ *myrias*, כְּנָת, *collega*, sed prudens omitto. Alterius enim formae femininae punctum cholem incertum; alterius ת syriacis potius quam chaldaicis exemplis firmatur: fac autem utrumque recte se habere, formae sunt rariores, quibus nolim memoriam discentium onerare, terminationibus *a*, *i*, *u*, quarum oblivisci vix volens poteris, contentus.

XX. *Numerus nominum statusque triplex. Status emphaticus copiosius explicatur.*

Numerum chaldaei habent, ut hebraei, singularem, dualem, et pluralem, legibus iisdem ponendum. De terminatione infra videbimus.

Statui absoluto et constructo, (id est regenti genitivum),

tertium addunt, *emphaticum*, in quo declarando exemplis mihi linguae germanicae utendum est, cum latina lingua ipsa articulo carens, minus sit explicandae status emphatici naturae commoda.

Norunt mei cives omnes, articulum nos habere, *der*, *die*, *das*; *il*, *la*, *lo*, quem nomini definite posito, nec tamen proprio, praemittimus; aliudque esse, *koenig*, *ein koenig*, *der koenig*; *re*, *un re*, *il re*. Exempla habe:

Georg der dritte ward im jahre 1760 koenig. Giorgio III. fu fatto re nell' anno 1760: indefinite, et universaliter.

Im jahre 1772 wird ein koenig sterben. Nell' anno 1772. morrà un re: indefinite, ita ut hujus vaticinii eventum praestare omnino ausim; certus, aliquem eo anno regem Europae, Asiae, Africae, Americae, aut terrarum incognitarum, moriturum.

Jeder Unterthan wuerde sich freuen, wenn der Koenig nach Deutschland kaeme. Ogni suddito si rallegrerà, quando il re verrà in Germania: definite. Quilibet intelligit, de nostro Rege sermonem esse.

Der koenig von Preussen, Friderich der zweyte, hat viele Kriege gefuehret. Il re di Prussia, Federico II., ha fatto molte guerre: definite.

... und so stellete der koenig durch die zwey schlachten bey Rosbach und Lissa alles wieder her. E così il re dopo le due battaglie di Rosbach e Lissa rifece tutto: definite. In praecedentibus oportet de aliquo individuo rege sermonem, ejusque nomen expressum fuisse.

Koenig hat gestohlen. Nomen proprium, articuli non egens; nec vertenda verba: *rex furatus est*, sed: *Koenigius furatus est.*

Hunc articulum nos quidem germani habemus, dedimusque, tanquam insitione in linguam latinam facta, victae a majoribus

nostris Italiae, Galliae, Hispaniae, Lusitaniae: habent eum Graeci in ὁ, ἡ, τό, Arabes in ال (*al*), Hebraei in ה suo demonstrativo. Ignorant contra, ut dixi, Latini.

Jam Aramaei utrique, non quidem articulum, quem nomini praeponant, rem tamen ejusque signum habent, terminatione, nomina definite et individue sumenda distinguentes, plane ut Sveci, Norvegi et Dani, *konung*, *re*, indefinite; *konungen*, *il re*, definite. Haec terminatio apud chaldaeos est *a*: e. gr. מֶלֶךְ *ein koenig*, *un re*, מַלְכָּא *der koenig*, *il re*. Hunc ergo statum nominis, *emphaticum* dicunt grammatici, id est *demonstrativum*: nec enim existimandum, statum emphaticum inde dici, quod insolentiorem emphasin nomen cum eo positum adipiscatur, fortiusque quid et sonantius dicat, sed *emphasis* hic idem est ac *demonstratio rei individuae*, ab ἐμφαίνω, *monstro*. Nimium tamen emphasiologiae studium, initio hujus saeculi fervens, in errorem nonnullos hic abripuit grammaticos, a quo sibi caveant, chaldaica discentes.

Est et hoc sciendum, adcuratiorem esse chaldaicam linguam in usu status emphatici, occidentali syriaca, quae illo non raro abutitur, statumque emphaticum pro absoluto ponit.

XXI. *Paradigma numerorum ac statuum trium nominis.*

Paradigma singularis et pluralis numeri masculinorum facillimum, id est, nullis vocalium permutationibus obnoxium, primum propono אָת, *signum*:

Emph.	*Constr.*	*Abs.*	
אָתָא	אָת	אָת	sing.
אָתַיָּא	אָתַי	אָתִין	plur.

Sic flecte זְמָר *canticum*, עֲנָן *nubes*, אֱלָה *Deus*, aliaque monosyllabica kamètz habentia.

In atatu emphatico pluralis numeri, qui adjecta terminatione (אָ) a statu conatructo syrorum occidentalium אָתַי formatur, nonnunquam ultimae syllabae (יָּא) ita contrahuntur, ut constructo fiat similis: v. gr. יַמֵּי pro יַמַּיָּא Genes. I., 10.; אַפֵּי Exod. XXXIV., 33.; כַּשְׂדָּאֵי in keri, et כשדיא (quod כַּשְׂדַּיָּא pro כַּשְׂדָּיֵיָא legendum opinor) in kethib, Dan. II., 5. תִּפְתָּיֵא aliquando cum keri תִּפְתָּאֵי Dan. III., 2.

Pro א status emphatici posse et ה poni, jam supra §. II. monui: id vero paulo frequentius, si aliud א immediate praecessit, ut in כַּשְׂדָּאָה, נְבִיָאה etc.

Femininorum paradigma est:

Emph.	*Constr.*	*Abs.*	
חָכְמְתָא	חָכְמַת	חָכְמָא	sing.
חָכְמָתָא	חָכְמָת	חָכְמָן	plur.

Statu absoluto pluralis ideo prae reliquis notando, quod maxime ab hebraico paradigmate differt: singulari autem et plurali status constructi et emphatici non literis discernendo, sed aut ex vocalibus aut ex serie orationis agnoscendo. Sic flecte pleraque, מַלְכָּא *regina*, בְּתוּלָא *virgo*, מְדִינָא *provincia*, שָׁעָא *hora*, vocales nec abjicientia nec mutantia.

Dualis in (ַיִן) desinit, tono in pathach ponendo, ut a קֶרֶן vel קְרַן *cornu*, fit

קַרְנַיָּא   קַרְנַי   קַרְנַיִן

vel, ut et exemplum ponam nominis feminine terminati, a מְאָה *centum*, est

מָאתַיָּא   מָאתֵי   מָאתַיִן

Potest tamen et terminatio (ִין), in (ִן) et (ֵין) contrahi, ut מָאתָן *ducenti*, תְּרֵין *duo*.

XXII. *Paradigmata alia variarum formarum.*

Jam subjungo paradigmata aliarum formarum, in quibus aut mutari vocales solent, aut alia de causa haerere possent tirones.

Masculina.

Emph.	*Constr.*	*Abs.*	
עָלְמָא	עָלַם	עָלַם	*seculum*
עָלְמַיָּא	עָלְמֵי	עָלְמִין	

Kamètz est invariabile, quia ex cholem hebraico ortum. Sunt tamen, qui in statu constructo עֲלַם ponunt, non grammatici solum, sed et codices: verum altera scriptio ex suffragio syriasmi occidentalis praeferenda.

כָּרוֹזָא	כָּרוֹז	כָּרוֹז	*praeco*
כָּרוֹזַיָּא	כָּרוֹזֵי	כָּרוֹזִין	
מִלְכָּא	מְלַךְ	מְלַךְ	*consilium*
מִלְכַיָּא	מִלְכֵי	מִלְכִין	
מַלְכָּא	מְלַךְ	מְלֵךְ	*rex*
מַלְכַיָּא	מַלְכֵי	מַלְכִין	

Pro מְלֵךְ in Daniele saepe per hebraismum scribitur מֶלֶךְ, eadem in reliquis flexione. Qui autem grammatici מְלַךְ habent, aut in plurali daghesh lene imprimunt tertiae radicali, in utroque erroris convincuntur, in illo (quod sine exemplis fingunt), a syriasmo occidentali; in hoc, exemplis biblicis.

Ad haec duo paradigmata, exigua mutatione, quam litera gutturalis infert, flectes:

Emph.	*Constr.*	*Abs.*	
דַּהֲבָא	דְּהַב	דְּהַב	*aurum*
דַּהֲבַיָּא	דַּהֲבֵי	דַּהֲבִין	
טַעֲמָא	טְעֵם	טְעֵם	*sapientia*
טַעֲמַיָּא	טַעֲמֵי	טַעֲמִין	

Quin et saegolata hebraizantia

חֶלְמָא	חֵלֶם	חֵלֶם	*somnium*
חֶלְמַיָּא	חֶלְמֵי	חֶלְמִין	

Aliter paulo כְּתַל et גְּבַר

גַּבְרָא	גְּבַר	גְּבַר	*vir*
גַּבְרַיָּא	גַּבְרֵי	גַּבְרִין	

Atque cum daghesh in tertia radicali אֲנַף et עֲנַף

עַנְפָּא	עֲנַף	עֲנַף	*folium*
עַנְפַּיָּא	עַנְפֵּי	עַנְפִּין	
זְנָא	זַן	זַן	*species*
זְנַיָּא	זְנֵי	זְנִין	
גַּפָּא	גַּף	גַּף	*ala*
גַּפַּיָּא	גַּפֵּי	גַּפִּין	
מַדְבְּחָא	מַדְבַּח	מַדְבַּח	*altare*
מַדְבְּחַיָּא	מַדְבְּחֵי	מַדְבְּחִין	
גֻּבָּא	גֹּב	גֹּב	*fovea*
גֻּבַּיָּא	גֻּבֵּי	גֻּבִּין	
חַרְטֻמָּא	חַרְטֹם	חַרְטֹם	*philosophus*
חַרְטֻמַּיָּא	חַרְטֻמֵּי	חַרְטֻמִּין	
כֻּלָּא	כֹּל	כֹּל	*universitas*

Hujus nominis status emphaticus tonum habere solet in penultima. Vide Dan. II., 40.

Emph.	*Constr.*	*Abs.*	
קַדְמָאָא	קַדְמָי	קַדְמָי	*primus*
קַדְמָאֵי	קַדְמָאֵי	קַדְמָאִין	

Ad hunc typum, de cujus statu emphatico jam supra dixi, gentilitia, ut מִצְרָי *aegyptius*, כַּשְׂדָּי *chaldaeus*, לֵוָי *levita*, flectuntur. Quod in statu absoluto sing. haec nomina per kamètz ante (י) scribuntur, non fit auctoritate loci (Dan. II., 10.) ob pausam dubii, sed ex analogia syriasmi, zekofo habentis.

נְבִיָּאה	נְבִיא	נְבִיא	*propheta*
נְבִיַּאיָּא	נְבִיַּאי	נְבִיאִין	

Ne daghesh in (י), meo ausu posuisse videar, confer Ezdr. V., I. 2.; VI., 14.

נַקְיָא	נְקֵא	נְקֵא	*purus*
נְקַיָּא	נְקֵי	נְקַיִן	

Ad hunc typum etiam participia verborum tertiae radicalis א flectuntur. In plurali absoluto tonus retrahitur, ut dualem simulent: quin et potest נְקַיִן in נְקָן contrahi.

Aliter אַרְיֵא, כָּרְסֵא et similia, pluralem a femininis in *u* terminatis mutuum sumentia.

אַרְיָא	אַרְיֵא	אַרְיֵא	*leo*
אַרְיָוָתָא	אַרְיָוָת	אַרְיָוָן	

Status emphaticus singularis, quem ex Tharguminn sumsi, (1. Reg. XIII., 24.) contractus ex אַרְיְיָא, ut a כָּרְסֵא *solium*, dicitur כָּרְסְיָא.

In his omnibus, quae hactenus habuimus, masculinis, status constructus singularis numeri plane similis absoluto, quod memoriae subsidium notari potest; in una modo forma differt,

Emph.	*Constr.*	*Abs.*	
חַיְלָא	חֵיל	חַיִל	*exercitus*
חַיְלַיָּא	חַיְלֵי	חַיְלִין	

Quod nomen pluralem quoque adsciscit femininum

חַיְלָוָתָא	חַיְלָוָת	חַיְלָוָן

in Thargum obvium, nisi quod in illis, contra analogiam syriasmi, (י) quiescit חֵילָוָן.

Sic et

עַיְנָא	עֵין	עַיִן	*oculus*
עַיְנַיָּא	עַיְנֵי	עַיְנִין	

Feminina.

מְדִינְתָּא	מְדִינַת	מְדִינָא	*provincia*
מְדִינָתָא	מְדִינָת	מְדִינָן	

Sic et גְּבוּרָא, בְּתוּלָא etc. nulla adhuc dum vocalium mutatione.

יַבְּשְׁתָּא	יַבְּשַׁת	יַבְּשָׁא	*terra*
יַבְּשָׁתָא	יַבְּשָׁת	יַבְּשָׁן	
מַתַּנְתָּא	מַתְּנַת	מַתְּנָא	*donum*
מַתְּנָתָא	מַתְּנָת	מַתְּנָן	

Sic et reliqua flectes nomina, in quibus concursus duorum schevà mobilium, vocalem adsumi jubet pathach, saegol, aut chirek, ut יָקְדְתָּא *ardens*, a יָקְדָא Dan. III., 6.

Emph.	*Constr.*	*Abs.*	
קַדְמָיְתָא	קַדְמָאַת	קַדְמָאָה	*primus*
קַדְמָיָתָא	קַדְמָאָת	קַדְמָאָן	

Statum emphaticum, quem alii habent in singulari קַדְמִיתָא et in plurali קַדְמָאָתָא, sumsi ex Dan. vii., 4. 8. Flecti utroque modo potest:

נְדָלִיתָא	נְדָלִית	נְדָלִי	*sacratum*
נְדָלְיָתָא	נְדָלְיָת	נְדָלְיָן	
מַלְכוּתָא	מַלְכוּת	מַלְכוּ	*regnum*
מַלְכְוָתָא	מַלְכְוָת	מַלְכְוָן	

Participia.

Addo jam aliqua flexionis participiorum utriusque generis paradigmata, non quasi necessaria putem esse, sed quod forte grata erunt tironibus.

Activum Peal

קָטְלָא	קָטֵל	קָטֵל	masc.
קָטְלַיָּא	קָטְלֵי	קָטְלִין	
קָטִלְתָּא	קָטְלַת	קָטְלָא	fem.
קָטְלָתָא	קָטְלָת	קָטְלָן	
מָלְיָא	מָלֵא	מָלֵא	masc.
מָלַיָּא	מָלֵי	מָלַיִן	
מָלִיתָא	מָלְיַת	מָלְיָא	fem.
מָלְיָתָא	מָלְיָת·	מָלְיָן	

Peil

קְטִילָא	קְטִיל	קְטִיל	masc.
קְטִילַיָּא	קְטִילֵי	קְטִילִין	
קְטִילְתָּא	קְטִילַת	קְטִילָא	fem.
קְטִילָתָא	קְטִילָת	קְטִילָן	

Emph.	*Constr.*	*Abs.*	
מַלְיָא	מְלֵא	מְלֵא	masc.
מְלַיָּא	מְלֵי	מְלַיִן	
מַלְיָתָא	מַלְיַת	מַלְיָא	fem.
מַלְיָתָא	מַלְיָת	מַלְיָן	

Ithpeel

מִתְקַטְלָא	מִתְקְטֵל	מִתְקְטֵל	masc.
מִתְקַטְלַיָּא	מִתְקַטְלֵי	מִתְקַטְלִין	
מִתְקַטְלְתָא	מִתְקַטְלַת	מִתְקַטְלָא	fem.
מִתְקַטְלָתָא	מִתְקַטְלָת	מִתְקַטְלָן	

Pael, act. et pass.

מְקַטְּלָא	מְקַטֵּל et מְקַטַּל	מְקַטֵּל מְקַטַּל	masc.
מְקַטְּלַיָּא	מְקַטְּלֵי	מְקַטְּלִין	
מְקַטַּלְתָּא	מְקַטְּלַת	מְקַטְּלָא	fem.
מְקַטְּלָתָא	מְקַטְּלָת	מְקַטְּלָן	
מְמַלְיָא	מְמַלֵּא et מְמַלֵּי	מְמַלֵּא et מְמַלֵּי	masc.
מְמַלַּיָּא	מְמַלֵּי	מְמַלַּיִן	
מְמַלְיָתָא	מְמַלְיַת	מְמַלְיָא	fem.
מְמַלְיָתָא	מְמַלְיָת	מְמַלְיָן	

Haec sufficiant; ad quae reliqua quoque participia flectere, facile.

Anomala.

Sunt et aliqua, flexione, *anomala*, illa maxime quae pluralem ab alio nomine aut forma nominis mutuantur. Exempla eorum ponam; non omnia colligam, quod infinitum foret, cum

in Thargumim multa sibi aut ipsi auctores aut eorum librarii permiserint, syris non licita, ac forte indigenis chaldaeis aeque illicita.

Emph.	*Constr.*	*Abs.*	
אַבָּא	אַב	אָב	*pater*
אֲבָהָתָא	אֲבָהָת	אֲבָהַן	
אִמָּא	אַם	אַם	*mater*
אִמְהָתָא	אִמְהָת	אִמְהָן	
בְּרָא	בַּר	בַּר	*filius*
בְּנַיָּא	בְּנֵי	בְּנִין	
בְּתָא	בַּת	בַּת	*filia*
בְּנָתָא	בְּנָת	בְּנָן	
שְׁמָא	שֵׁם	שֵׁם	*nomen*
שְׁמָהָתָא	שְׁמָהָת	שְׁמָהָן	
בַּיְתָא	בֵּית et בֵּי	בַּיִת	*domus*
בָּתַּיָא	בָּתֵּי	בָּתִּין	
שַׁתָּא	שְׁנַת	שְׁנָא	*annus*
שְׁנַיָּא	שְׁנֵי	שְׁנִין	

XXIII. *Nomina numeralia et mensium.*

Numeralia habent Chaldaei *ordinalia* et *cardinalia*.

Ordinalia		*Cardinalia* fem.	masc.	
primus	קַדְמַי	חֲדָא	חַד	1
secundus	תִּנְיָן	תַּרְתֵּין	תְּרֵין	2

Ordinalia		*Cardinalia* fem.	masc.	
tertius	תְּלִיתַי	תְּלָת	תְּלָתָא	3
quartus	רְבִיעַי	אַרְבַּע	אַרְבְּעָא	4
quintus	חֲמִישַׁי	חֲמֵשׁ	חַמְשָׁא	5
sextus	שְׁתַּי	שִׁית	שִׁתָּא	6
septimus	שְׁבִיעַי	שְׁבַע	שִׁבְעָא	7
octavus	תְּמִינַי	תַּמְנֵי	תְּמַנְיָא et תַּמְנָא	8
nonus	תְּשִׁיעַי	תְּשַׁע	תִּשְׁעָא	9
decimus	עֲסִירַי	עֲסַר	עַסְרָא	10

Ex his cardinalia a 3. usque ad 10. substantiva sunt; unde fit, ut possint, vel potius soleant, sub forma feminina masculinis, snb masculina femininis praeponi, non sane insolentiore constructione, quam est haec latina: *hebdomas annorum.* Ab ordinalibus formari possunt adverbia numeralia, adjecta terminatione וּת, ut Dan. II., 7. תִּנְיָנוּת, *secundum, denuo.*

Ab 11. ad 19. numeri componuntur ex praecedentibus, qua de compositione adscribo verba Buxtorfii (*Lex. chald. p.* 1640.) *Notanda est compositio* עסר *cum alio numero, qua litera* ע *absorbetur, et apud Paraphrastas hierosolymitanos, et talmudicos usitata. Dicitur autem promiscue* עֲסַר *et* עַסְרֵי. *Si antecedens vox desinat in* ע, *tum et illud eliditur, ut in* אַרְבַּע *et* תְּשַׁע. Ponuntur autem numeralia cardinalia decade majore etiam pro ordinalibus, ut Exod. XII., 18. בְּאַרְבְּעָא עַסְרָא יוֹמָא *decimo quarto die*, et עַד יוֹמָא עַסְרִין וְחַד: *usque ad diem vigesimum primum.*

11	חַד עֲסַר	contracte	חֲדְסַר, חַדְסְרֵי
12	תְּרֵי עֲסַר	. . .	תְּרֵיסַר, תְּרֵיסְרֵי

13 תְּלָתָא עֲסַר contracte תַּלְתֵּיסַר, תְּלֵיסַר, תְּלֵיסְרֵי
14 אַרְבְּעָא עֲסַר . . . אֲרְבֵּיסַר, אַרְבֵּיסְרֵי
15 חַמְשָׁא עֲסַר . . . חֲמֵיסַר, חֲמְסַר, חֲמֵיסְרֵי
16 שִׁתָּא עֲסַר . . . שִׁתֵּיסַר, שֵׁיתְסְרֵי
17 שִׁבְעָא עֲסַר . . . שְׁבְסַר, שְׁבְסְרֵי
18 תְּמַנְיָא עֲסַר . . . תַּמְנֵיסַר
19 תִּשְׁעָא עֲסַר . . . שְׁתַסְרֵי vel שְׁתְסְרֵי pro תְּשַׁסְרֵי

20 עַסְרִין, עֶסְרִין — 30 תְּלָתִין
40 אַרְבְּעִין — 50 חַמְשִׁין
60 שִׁתִּין — 70 שִׁבְעִין
80 תַּמְנָן, תְּמָנָן — 90 תִּשְׁעִין
100 מְאָה — 200 מָאתַיִן, מָאתָן
1000 אֲלַף — 10000 רִבּוֹ

Hinc reliqui numeri componuntur; e. gr.

21 חַד וְעַסְרִין vel עַסְרִין וְחַד
300 תְּלָת מְאָה
2000 תְּרֵין אַלְפִין
120000 תַּרְתָּא עַסְרֵי רִבְּוָן (Jon. iv., 11.)

Multiplicativa circumscribunt per חַד praepositum, ut Dan. III., 19. חַד שִׁבְעָה *septuplum.*

Subjungo, quae non ingrata discentibus linguam chaldaicam futura puto, nomina Mensium. Sunt autem illi lunares, ideoque non cum nostris solaribus plane iidem: comparari tamen cum his possunt, quia intercalatione integri mensis ad solares annos identidem redire, seque illis adproximare solebant lunares judaeorum, qui chaldaice scripserunt, anni. Cur autem in comparatione mensium Buxtorfium recentioresque omnes deseram, sequar syriacam linguam et Josephi auctoritatem, ex mea *Com-*

mentatione de mensibus hebraeorum discant lectores, si opus esse arbitrantur. Ergo circiter respondet nostro

Aprili	יַרְחָא דַאֲבִיבָא seu , נִיסָן	*primus*
Majo	אִיָּר , אִיַּר	*secundus*
Junio	סִיוָן	*tertius*
Julio	תַּמּוּז	*quartus*
Augusto	אָב	*quintus*
Septembri	אֱלוּל	*sextus*
Octobri	תִּשְׁרִי	*septimus*
Novembri	מַרְחֶשְׁוָן	*octavus*
Decembri	כִּסְלֵו	*nonus*
Januario	טֵבֵת	*decimus*
Februario	שְׁבָט	*undecimus*
Martio	אֲדָר	*duodecimus*

post quem, quoties opus erat, intercalando addebatur

אֲדָר בַּתְרָאָא	*decimus tertius*

annum lunarem solari adproximaturus, facturusque, ut primi mensis die XVI. spicae Deo offerri possent.

DE PRONOMINIBUS.

XXIV. *Pronomina personalia et suffixa.*

Pronomina personalia haec sunt:

fem.	*commune*	*masc.*		
	אֲנָא et אֲנָה		1 pers.	Singularis.
	אַנְתְּ		2 pers.	
הִיא		הוּא	3 pers.	
	אֲנַחְנָא et נַחְנָא		1 pers.	Pluralis.
אַנְתֵּן		אַנְתּוּן	2 pers.	
אִנֵּן		אִנּוּן	3 pers.	

Secunda persona singularis (*tu*), quoties masculini generis est, in Daniele et Ezdra אנתה scribitur, ut distingui a feminino possit: monentibus in margine Masorethis, ה redundare. Nempe Danielis et Ezdrae tempore, judaei adhuc per hebraismum, (*tu*) masculinum extulisse videntur אַנְתָּה: qui autem multis post seculis puncta adjecerunt, pronuntiationem suo tempore usitatam sequuti, אַנְתְּה punctarunt, ut ה jam plane otiosum esset. Quae autem literae cum punctis non conveniunt, eas ut redundantes notare solent Masorethae.

In 3. pers. plur. mascul. licet dicere, הִמּוֹן, הִנּוּן et הִמּוֹ. In feminino Dan. VII., 17. habes אִנִּין, seu, ut Cassellanus codex a prima manu habet, אינין.

Pronomina personalia aliis partibus orationis, verbis, praepositionibus, et nominibus in fine addita, eumque illis in unam vocem contracta, *suffixa* dicuntur. Post verba et praepositiones, propriam personalium significationem perfecte retinent, ut יְבַהֲלֻנַּנִי *terrebant me*, מִנִּי *a me* etc.; at post participia et nomina alium quodammodo significatum adsciscunt.

Paradigma suffixorum verbis in unius tertiae personae praet. sing. masc. exemplo proponam:

fem.	*commune*	*masc.*		
	קַטְלַנִי		3 pers.	Singularis.
קַטְלֵךְ		קַטְלָךְ	2 pers.	
קַטְלָהּ		קַטְלֵהּ	1 pers.	
	קַטְלָנָא		3 pers.	Pluralis.
קַטְלְכֵן		קַטְלְכוֹן	2 pers.	
קטלנן (*)		קטלנון	1 pers.	

(*) Haec duo suffixa solis literis ac sine punctis scripsi, quod, tacente syriasmo, Danielisque et Ezdrae chaldaismo, qui

ea non habet, sed pronomine separato ntitur (Dan. II., 34. etc.) incertum est, utra melior sit punctatio, קְטָלְנּוּן Hos. I., 4. an quam aliqui grammatici in paradigmate ponunt, קְטַלְנּוּן?

Verbo substantivo praesentis temporis cum careant orientales, ejusque loco pronomina personalia nsurpent, ut אֲנָא significet *sum*, אַנְתְּ *es*, הוּא *est* etc. factum est, ut aramaei ex compositione participii cum pronomine personali novum aliquod verbum praesentis temporis formarent, eoque linguam suam ditarent.

Sic pro קָטְלִין אַנְתּוּן dicunt, קָטְלִיתוּן, *occiditis.* Nec tamen audeo, ut alii fecerunt, paradigma adjicere hujus praesentis: paradigmata enim non ex analogia aliqua auribus percepta proponi a grammatico debent, sed decerpi ex magno exemplorum numero: exempla antem contracti cum pronominibus personalibus participii neque ipse collegi, qui nunquam antea in animo habebam grammaticam chaldaicam scribere, eamque nunc festino; nec collecta ab aliis, quibus uti possim, reperi.

Post nomina, ut apnd hebraeos ita et apud aramaeos, suffixa non qnidem desinnnt esse personalia, sed tamen novam qnodammodo significationem induunt, ac vice funguntur pronominum possessivorum: e. gr. *rex mei*, et *rex nostrum*, dicitnr pro *rex meus*, et *rex noster*: paradigmata sunto מְלֵךְ *rex*, et מַלְכָּא *regina*, seu, ut ante suffixa in statu emphatico concipi debent, מַלְכָּא et מַלְכְּתָא. Enndem typum sequi quoque solent suffixa particularum; notnm id ex grammatica hebraica. Singularem ante suffixa simulant particulae יַת, בָּתַר, קֳבֵל; pluralem, אִית, בֵּין, קֳדָם, עֲלֵי, quamquam aliquae ex his aliisque utriusque sunt numeri.

Paradigma suffixorum nominis masculini.

	מַלְכִּי		Singularis.
מַלְכֵּךְ		מַלְכָּךְ	
מַלְכָּהּ (2)		מַלְכֵּהּ (1)	
	מַלְכָּנָא		
מַלְכְּכֵן		מַלְכְּכוֹן	
מַלְכְּהֵן		מַלְכְּהוֹן	
	מַלְכַּי		Pluralis.
מַלְכַיְכִי		מַלְכָיךְ (3)	
מַלְכָהָא (5)		מַלְכוֹהִי (4)	
	מַלְכָנָא		
מַלְכֵיכֵן		מַלְכֵיכוֹן	
מַלְכֵיהֵן		מַלְכֵיהוֹן (6)	

Addere nonnulla liceat, quibus ipsum paradigma onerare nolui.

1. מַלְכֵּהּ sine pathach gnubha. Pro הּ mappikkato א poni crediderunt Masorethae in פִּשְׁרֵא Dan. IV., 15. 16.; V., 8. Verum est duplex lectio in unam vocem a librario et punctatore confusa. Literae textus legendae sunt in statu emphatico פִּשְׁרָא; vocales pertinent ad aliam lectionem פשרה in codicibus obviam, ut ex Bibliis *Io. Henrici Michaelis* discitur.

2. Aliquando et per pathach, ut בַּהּ Dan. III., 15.

3. Cum (י) quiescente, quod Masorethae ut superfluum notare solent, adscripto יתיר י״. Vide Dan. III., 12. 18.; IV., 24. Ultimo loco invenies quoque cum (י) mobili, nec tamen servili pluraliter, sed radicali חֲטָיָךְ, addito in non paucis codicibus et editionibus keri חטאך.

4. In Thargumim sequioribus, i. e. hierosolymitano et Pseudo-Ionathanis, saepe reperies מַלְכוֹי.

5. Pro מַלְכָּהָא Daniel plerumque habet מַלְכֵּיהּ, ut גַּבַּיהּ et גַּפַּיהּ c. VII., 4., טִפְרַיהּ 19., קָדָמַיהּ 7. 8. 20., רַגְלַיהּ 19., שִׁנַּיהּ 5. 19.

6. Pro hoc נ nonnunquam, ad imitationem hebraismi, ponitur ם, Ezdr. V., 3. 4. 5. 10.; VII., 24.

Paradigma suffixorum nominis feminini.

	מַלְכְּתִי		Singularis.
מַלְכְּתֵךְ		מַלְכְּתָךְ	
מַלְכְּתָהּ		מַלְכְּתֵהּ	
	מַלְכְּתָנָא		
מַלְכַּתְכֵן		מַלְכַּתְכוֹן	
מַלְכַּתְהֵן		מַלְכַּתְהוֹן	
	מַלְכָּתִי		Pluralis.
מַלְכָּתֵךְ		מַלְכָּתָךְ	
מַלְכָּתָהּ		מַלְכָּתֵהּ	
	מַלְכָּתָנָא		
מַלְכָּתְכֵן		מַלְכָּתְכוֹן	
מַלְכָּתְהֵן		מַלְכָּתְהוֹן	

Exemplum anomalorum אב, אח et חם.

	אֲבִי	
אֲבוּיִךְ		אֲבוּךְ
אֲבוּהָא		אֲבוּהִי
	אֲבוּנָא	
אֲבוּכֵן		אֲבוּכוֹן
אֲבוּהֵן		אֲבוּהוֹן

Quod alii volunt pro אֲבִי etiam formari אֲבָא, teneri non potest: אֲבָא est status emphaticus, quo filii patres, suos qui-

dem, alloquebantur, sed propterea (אָ) non est pronomen, *meus*; est tamen plane singulare, quod pro בֵּינִי *inter me*, interdum reperitur בֵּינָא, Gen. xiii., 8.

XXV. *Pronomina demonstrativa, relativum, interrogativa, reciproca, possessiva.*

Reliqua jam sequuntur pronomina

1. *Demonstrativa*:

Singul. masc. דֵּן, דַּךְ, דִּכֵּן, inque statu emphatico דְּנָה: hoc enim, quod alii grammatici feminino soli adsignant, saepissime in Daniele masculine ponitur. Exempla invenies in Buxtorfii Concordantiis.

Singul. fem. דָּא, דָּךְ, דְּנָן et דְּנָה Dan. ii., 10.

Ortum videtur ab hebraico זֶה. litera ךְ, quae interdum in fine additur, est suffixum superfluum secundae personae. Sic Arabes dicunt, *hi tibi sunt fideles*, pro, *hi sunt fideles*. Vide gramm. arabicam §. 51.

Plur. אֵל, אֵלֶּה, אִלֵּן, et cum eodem ךְ secundae personae, אִלֵּךְ.

2. *Relativum*, nonnisi unum דִּי, ex eoque truncatum דְּ praefixum. Neque solum relativum *qui*, *quae*, *quod*, in omni genere et numero significat, indeque circumscriptioni genitivi casus inservit, ut שַׁלִּיטַא דִּי מַלְכָּא Dan. ii., 19., sed et conjunctivam particulam *ut*, vel *quod*.

3. *Interrogativa* sunt מַן et מַנּוּ *quis?* atque de rebus, מָה, מָן et מְנָא *quid?* Ex his מָן (ܡܢ syrorum) ob locum hebraicum Mosis Exod. xvi., 15. notandum.

4. *Reciproca* faciunt, adjecto suffixo ad nomina auxiliaria גּוּף, עֲצַם, גְּרַם, et נֶפֶשׁ: ac denique

5. *Possessiva* separata, adjecto suffixo post דִּיל et דִּיד: דִּילָךְ *qui est tibi*, id est *tuus*, etc.

DE PARTICULIS.

XXVI. *Praefixa Chaldaeorum.*

Ex particulis sola notabimus praefixa, septem numero, ב, ל, כ, ו, ה, ד, מ, nec de illis multa dicemus, quod pleraque ex grammatica hebraica nota sunt: reliquas particulas omnes lexicographia relinquemus.

מ, ב, כ et ל idem significant chaldaeis, quod hebraeis; eodemque, quo apud hebraeos, modo praefiguntur.

De uno ל, addendum

1. Saepe futuris praeponi, eaque in imperativum convertere, aut per *ut* explicandum esse.

2. Post illud saepe abjici (י) praeformativum futuri, et מ praeformativum infinitivi Peal.

Exempla habe לֶהֱוְיָן *sunto*, pro לְיֶהֶוְיָן Dan. v., 17. לֶהֱוֵא pro לְמֶהֱוֵא Dan. ii., 28. 29.; לִבְנֵא pro לְמִבְנֵא Ezdr. v., 13.

ה non est demonstrativum, (eo enim non opus est chaldaeis, statum emphaticum habentibus), sed interrogativum, praefigiturque per chateph-pathach aut pathach, iisdem quas grammatica hebraica habet legibus atque exceptionibus, Dan. ii., 26. הַאִיתָיךְ *tunc es?* vi., 21. הֲיְכִל *potuitne?*

ו conversivum ignorant chaldaei, solum habent copulativum, eodem modo, quo hebraei, praefigentes.

ד cum particula separata דִּי significatione convenit, estque 1. *qui*, *quae*, *quod*, 2. *ut* vel *quod*, 3. nota genitivi. Ortum videtur ex hebraico זֶה relative accepto, neutiquam ex שֶׁ prae-

fixo: nec enim ש solet in ד mutari, estque ש praefixum hebraeorum ex imitatione potius chaldaismi ortum, frequens in libris recentioribus, sed nullo certo exemplo in toto Pentateucho Mosis repertum. Praefigitur per schevà, דְמַלְכָּא, *regis*, quod schevà, ante aliud schevà, notas ex grammatica hebraica mutationes subit.

INDEX

GRAMMATICAE CHALDAICAE.

DE RATIONE LEGENDI.

DE VERBIS.

DE NOMINIBUS.

DE PRONOMINIBUS.

DE PARTICULIS.

REIMPRIMATUR

Fr. Dominicus Buttaoni Ord. Praed. S. P. A. Mag.

REIMPRIMATUR

Fr. A. Ligi Or. Min. Conv. Episc. Icon. Vicesgerens.

08-11 MIN

CoLibri

Made in Italy

08-11 MIN

032919 91362

www.colibrisystem.com

OPERE IN LINGUA EBRAICA

BARTOLOCCIUS DE CELLENO (Jul. [illegible] *Congregatione reformata s. Bernardi* - BIBLIOTHECA MAGNA RABBINICA DE Scriptoribus, et scriptis Hebraicis, ordine alphabetico, hebraice et latine [illegible]tis, in qua complures [illegible] dissertationes, et digressiones. 1675-93, 4 vol. In-fol. Sc. 12.

IMBONATUS (Carol. Jos.) *Congregationis s. Bernardi* - BIBLIOTHECA LATINO-HEBRAICA, sive de Scriptoribus Latinis, qui contra Judaeos, vel de re hebraica, scripsere. Additis observationibus criticis etc. Cui accedit adventus Messiae ab Judaeorum blasphemiis, ac [illegible] vindicatus. 1694, 1 vol. in-fol. Sc. 3.

GENESIS [illegible], a[illegible] eod[illegible]. [illegible], 1 vol. [illegible]

JONA [illegible] Sc. 1. [illegible] Baj. [illegible]

OPERE IN LINGUA CALDAICA

[illegible]S (V. [illegible] S. R. E. C.) DOCTRINAE CHRISTIANAE [illegible], [illegible] ac indulgentiis, in [illegible] Chaldaeorum [illegible]lata. 1741, 1 vol. in-18. Baj. [illegible]

[illegible] CHALDAEORUM, opera *J[illegible] IV. Patriarchae Chaldaeorum* edit[illegible]. [illegible], 1 vol. in-fol. Sc. 4.

PROFESSIO ORTHODOXAE FIDEI ab O[illegible] facienda, jussu Papae Urbani VIII. edit. [illegible], 1 vol. in-8. Baj. 20.

PSALTERIUM CHALDAICUM, [illegible] Nationis Chaldaeae editum. 1842, 2 vol. in-8. Sc. 1 [illegible] Baj. [illegible]

LE SUDDETTE OPERE SONO VENDIBILI
PRESSO ANGELO BOURLIÉ, TIPOGRAFO DELLA S. CONGREG. DE PROPAGANDA FIDE.